

68

A. 68  
M. 387

UVA.BHSC



UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC



W. 3000.

**F**auy vegety renati viri Illustris. Liber de re mili-  
tari Incipit subdivisus in libros quatuor  
Incipiunt Rubricae.

**P**rimus liber electione edocet unioꝝ  
ex quibus locis uel quales milites di-  
gendi sunt aut quibus armorum ex-  
ertys ibuendi. **S**ecundus liber  
ueteris militiae continet morem p̄ quem pedestris  
instrui possit exercitus. **T**ertius liber omnia  
artium genera que terrestri prelio necessaria ui-  
dentur exponit. **Q**uartus liber uniuersas  
machinas quibus uel oppugnari ciuitates defen-  
duntur enumerat. Naualis quoq; belli precepta  
subnectit. In omi uitem bello non multitudo  
uirtutis indocta sed ars & exercitium solent  
prestare uictoriam. **Incipit Capta Primi libri**

**R**omanos omnes gentes sola armorum ex-  
ercitatione uicasse. **Capitulum primum.** Ex quibus  
regionibus tyrones eligendi sunt. **i.** **E**x  
ex agris an ex urbibus utiliores sunt tyrones  
**ii.** **C**uius etatis tyrones probandi sunt.  
**iii.** **Q**ua statura iuniores probandi sunt.  
**iiii.** **E**x uultu & compositione corporis possunt  
agnosci qui meliores possint ee tyrones. **v.**  
**C**uius artis tyrones uel eligendi ut respuecti



sunt. **vii** ¶ Quoniam tyrones signandi sunt. **viii** ¶ Ad gra-  
 du militare & cursum & saltu exercitandos tyrones. **ix**.  
 ¶ Ad usum natandi exercendos tyrones. **x** ¶ Que  
 admodum ad scuta iuminea uel ad palos antiqui ex-  
 ercebantur tyrones. **xi** ¶ Non cesum ad punctum feri-  
 re docendos tyrones. **xii** ¶ Armatura docendos tyrones  
**xiii** ¶ Tyrones exercendos ad missilia iacenda. **xiiii**.  
 ¶ Sagittis diligenter imbuendos tyrones. **xv** ¶ Ad  
 iactandum lapides funda uel manu exercendos tyro-  
 nes. **xvi** ¶ De exercitatione plumbatorum. **xvii** ¶ Que-  
 admodum ascendendum equos tyrones exercendi sunt  
**xviii** ¶ Ad portandum pondus exercendos tyrones  
**xix** ¶ Quo armorum genere usi sunt antiqui. **xx**.  
 ¶ De munitione armorum. **xxi** ¶ In quibus locis consti-  
 tuenda sunt castra. **xxii** ¶ Qua spe castra limitan-  
 da sunt. **xxiii** ¶ Quo genere munuenda sunt. **xxiiii**.  
 ¶ Que admodum munuenda sunt castra cum hostis i-  
 mineat. **xxv** ¶ Que admodum exerceant tyrones  
**xxvi** ¶ Quantum spatium ire debeant milites ad  
 quociens i mense debent exerceri cum educitur ad  
 ambulandum. ¶ De exercitatione rei militaris  
 romaneque uirtutis. **Incipit prologus primi libri:**

**A** Ntiquis temporibus mos fuit bonarum artium  
 studia mandare litteris atque in libris redacta  
 offerre principibus quia neque aliquid recte

2

inchoatur nisi post deum fuerit Imperator neque quaeque  
magis decet scire meliora uel plura quam principem cuius  
doctrina omnibus debet prodesse subiectis. Quod Octavianum  
augustum ac bonos deinceps principes libenter  
habuisse frequenter declarat exemplis. Sic reg-  
nantium testimonium creuit eloquentia dum non cul-  
patur audacia. Hac ergo imitatione compulsus dum  
considero clementiam uestram uisibus litterarum magis  
ignoscere posse quam ceteros quamuis inferiori me antiquis  
scriptoribus esse sensi. Licet tamen in hoc opusculo nec  
uerborum continuitas sit necessaria nec acumen ingenij  
sed labor diligens ac fidelis ut quae apud diuersos histo-  
ricos uel armorum disciplinam docentes dispersi & uo-  
luta celantur pro utilitate romana proferantur in-  
medium. De delectu igitur atque exercitatione tyronum  
per quosdam gradus & titulos antiquam consuetudi-  
nem conabor ostendere: non quod tibi Imperator iuncte ista  
uideantur incognita: sed ut ea quae sponte pro rei pu-  
blice dispositionis agnoscas olim romani Imperij  
custodisse conditores. Et in hoc uero libello quicquid  
de maximis rebus semperque necessarijs requirendum  
credis inuenies. // Romanos omnes gentes sola ar-  
morum exercitatione uicisse. Capitulum Primum  
**N**ulla enim alia re uidemus populum romanorum  
orbem subegisse terrarum nisi armorum exercitio

disciplina castrorum usque militie. Quid enim aduersus  
gallorum multitudinem paucitas romana ualuisse. Quid  
aduersus germanorum proceritate breuitas potuisset au-  
dere. Hispanos quidem non tantum numero sed uiri-  
bus corporum modo prestitisse manifestum. Astro-  
dolis atque diuitijs semper impares fuimus. Grecorum  
que artibus prudentiaque nos uinci nemo dubitauit  
Sed aduersus hec omnia profuit. Gironem solerte  
eligere uis ut ita dixerim armorum docere cotidiano  
exercitio roborare quecumque euenire in acie atque pre-  
lijs possunt omnia in campestri meditatione pre-  
noscere secure insidet iudicando. ¶ Scia enim  
rei bellice dimicandi nutrit audaciam quia ne  
facere metuit quod se plene uel bene didicisse  
confidit: & enim in certamine bellorum exercitata  
paucitas ad uictoriam pruptior est rudis & indocta  
multitudo semper ad cedem. // *Ex quibus regio-  
nibus tyrones eligendi sunt. Caplm. ij.*

Verum ordo deposcit ut ex quibus prouitijs  
uel nationibus tyrones eligendi sint. Pri-  
mum tractetur. ¶ Constat quidem in omnibus locis  
& ignauos & strenuos nasci. Sed in & gens gete  
precedit in bello & plagas celi ad robur non ta-  
corporum sed etiam aiorum plurimum scire ualet  
Que loca a doctissimis hominibus comprobata sunt no-

3

omittam. Omnes nationes que uicine sunt soli  
nimio calore siccitas amplius quidem sapere  
sed minus h̄re sanguinem dicunt. Ac preterea con-  
stantiam & fiduciam n̄o h̄re quominus pugna-  
di quia metuunt vulnera qui sanguinem se h̄re  
nouerunt exigui. Contra septentrionales populi  
remoti ab solis ardoribus inconsultiores quide-  
sed t̄n largo sanguine redundantes sunt ad bella  
promptissimi. Tyrones igitur de tempationibus  
eligendi sunt plerumque quibus & copia sanguis sup-  
perat ad uulnes mortisque contemptum & n̄o possit  
deesse prudentia que & modestiam seruat i castris  
& non parum prodest i dimicatione consilium.

*Utrum ex agris an ex urbibus tyrones ultiores  
sunt. Capitulum. iij:—*

Sequitur de qua pte n̄iq̄ credo potuisse  
dubitari armis rusticam plebem que sub  
duro & in labore nutritur solis paciens ē umbre  
negligens balneas, nescia deliciarum ignara  
simplicis ai. paruo & sicco contenta cibo durata  
ad omnem laboru tollerantiam membra cui gesta-  
re ferrum forsan ducere onus ferre consuetudo de-  
iure ē. Interdum t̄n necessitas exigit etiam urbanos  
ad arma compelli. Qui ubi nomen dederunt mili-  
tie primi laborare decurrere portare pondus sole-

pulueremq; ferre condistat: parco uictu utantur  
& rustico interdum sub papilionibus comorentur  
Tunc demum ad usum erudiantur armorum & si lon-  
gior expeditio emergit in angariis plurimum de-  
tinendi sunt proculq; habendi a ciuitatis illecebris  
ut eo modo & corporibus eorum robur accedat & ani-  
mus. Nec efficiendam est post urbem conditam ro-  
manos ex ciuitate perfectos semper ad bellum: sed  
tunc nullis delicijs frangebantur | sudorem cursu  
& campestri exercitio collectum nandi usu uet<sup>o</sup>  
abluebat in tyberim. Idem bellator idem agricola  
genus tamen commutabat armorum | quod usq; adeo uerum  
est ut aranti quintio cicinnaco dictaturam constet  
oblatam. Ex agris ergo supplendum robur precipue  
robur uideatur exercitus. Nescio enim quomodo  
mortem non minus timet qui minus delicijs nouit  
in uita. **Cuius etatis tyrones probandi sunt. Capl. iij:**

Esse quidem si antiqua consuetudo seruan-  
da est in incipiente pubertate ad delectum  
cogendum nullus ignorat. Non enim tamen celerius  
sed etiam perfectius imbuuntur que discuntur.  
Deinde militaris alacritas saltu & cursu antep-  
tanda est quam corpus etate pigrescat. Velocitas enim  
est que precepto exercitio strenuum efficit bellatorem  
adolescentes legendi sunt sicut ait salustius: na-

si nullus aduentus belli patens erat i castris p la  
borem usum militie discabant. Melius enim est  
ut exercitatus iuuenis causetur etatem nō dum  
aduenisse pugnandi q̄ doleat preterisse. hāt et  
spacium uniuersa discendi neq; enī pua aut leuis  
uidetur armorū doctrina siue equitem siue pedi  
tem sagittarium uelis imbuere siue scutatum ar  
mature numeros omnesq; gestus docere nec locū  
deserat nec ordines turbet ut missile ad destina  
tum locum magnis uiribus iaciat ut fossam duce  
gaudeat scienter figere nouerit tractare scutum  
& obliquis ictibus telo uenientia deflectere pla  
gam prudenter & audaciter i ferre huic taliter  
instructo tyroni pugnare aduersum quoslib; Qua  
hostes i acie formido nō ē sed uoluntas. Qua  
statura minores probandi sunt. Caplm. .v.

Proceritatem tyronum scio quonda ee sp  
exactam ita ut inter alacres equites senes  
pedes uel certe quinos haberent uel i p̄mis  
legionum cohortibus probarent. Sed tunc erat  
amplior multitudo & plures militiam seque  
bantur armatam: necdum enī ciuilis pars flo  
rentiore abduxerat iuuetutem. Ergo si necitas  
exigit non tam stature couenit ratione habere  
q̄ uirum & ipso homero teste non fallit q̄ ydeu

minore quide corpore sed fortiorem armis fuisse sig-  
ficat. Ex uultu & positione corporis agnosci i elige-  
do qui meliores possunt ee tyrones. *Capl. vi.*

*urgenter. l. instanter*

Sed qui delectum acturus e uehementer iten-  
dat ut exultu ex oculis ex omi coformatione  
membroz eos digat quo implere militiam ualeat.  
Bellatorum namq: no tantum i hoibo sed etiam in  
equis & canibo uirtus multis declaratur iudicijs  
sicut doctissimoz homi disciplina comprehendit.  
Qd etiam i apibus mantuanus auctor dicit. Itaq:  
equoz duo sunt genera. hic melior i signis & ore  
& rutiglis stans ac clarus illeq: horridus alter de-  
fidia latumq: trahens i glorijs alium. Sic ergo ad o-  
lescens marcio operi deputandus uigilantibo oculis  
erecta ceruice lato pectore humeris musculosis ua-  
lentibo digitis longioribo brachijs uentre modico  
exilior auribo suris & pedibo non supflua carne  
distensis sed neruoz diuitia collectis. Cum hec in-  
tyrone signa deprehenderis proceritatem no mag-  
no pere desideres uilius e enim fortes esse hoies  
q: grandes. *Cuius artis tyrones ut eligendi ut res-*  
*sequit ut cuius artis pueniendi st. Capl. viij*  
uel eligendi penitus uel respueniendi sunt mi-  
lites idagemus. Piscatores aucupes dulciarios lin-  
theones omnesq: qui aliquid tractasse uidebuntur

*blenis sine turgidib*



ad gignasia pertinens longe arbitror pellendos a  
castris fabros ferrarios macellarios & ceruorum aporumque  
uenatores conuenit sociare militie. In hoc tocuis reipu.  
salus uertit ut tyrones non tantum corporibus sed etiam  
animis prestantissimi delegantur: vires regni & ro-  
mani nominis fundamentum: in primo delectus  
examinatione consistunt nec leue hoc putet officium  
aut passim quibuscumque mandandum quod apud  
ueteres inter tam uaria genera uirtutum precipue  
constat esse laudatum. Iuuentus enim cui defensio  
prouenturam cui bellos est committenda fortuna  
& genere si copia suppetat & moribus debet excellere  
honestis enim idoneum militem reddit. Verecun-  
dia enim dum prohibet fugere facit esse uictorem.  
Quid enim prodest si exerceatur ignauus si pleribus  
stipendijs moretur in castris nunquam exercitus proficit  
tempore belli cui in probandis tyronibus claudica-  
ret electio & quantum usu experimentisque cogno-  
uimus hinc tot ubique ab hostibus illate sunt cla-  
des dum longa pax militem incuriosiore legit dum  
inhonestiores quique ciuilia exercent officia dum in-  
docti possessoribus tyrones per gratiam aut dissimulatio-  
nem probantium tales sociantur armis quales dominum  
habe fastidiunt. A magnis ergo uiris magna diligentia  
idoneos eligi conuenit iuniores. *Quoniam tyrones signandi*

sunt. *Capitulum viij:*

Sed non statim pueris signos scribendus est. tyro delectus. tunc an exercitio ptempta-  
dus & utrum uere tanto operi aptus sit possit ag-  
nosci & uelocitas in illo requirenda e' ut robur &  
utrum armorum disciplinam addiscere ualeat. ut  
habeat confidentiam militare. ¶ Plerumq; enim  
quos non improbabiles uideantur i spe in experime-  
tis comprobantur idigni. Refutandi sunt ergo mi-  
nus utiles & i locum eorum strenuissimi subrogandi  
sunt. In omni enim conflictu non tam prodest int-  
titudo quam uirtus. Signatis itaq; tironibus p coridi-  
ana exercitia armorum e' demonstranda doctrina.  
Sed huius rei usum dissimulatio longe securitatis  
aboleuit. Que uenies qui docere possit quam ipse non  
didicit. *Epythoma huius operis. Capitulum ix.*

De historicis uero uel libris nunc antiqua co-  
suetudo repetenda e'. Sed illi res gestas &  
euentus tamen scripsere bellos ista que nunc queri-  
mus tanquam nota linquentes lacedemonij quidem &  
athenienses Alijque grecos i libris retulere quam plura  
que attica uocant. Sed nos disciplinam militare  
populi romani debemus inquirere qui ex prouincis  
finibus imperium suum pene solis regionibus &  
mundi ipsius fine descendit: hec necessitas copulit

6  
euolutis auctoribus ea me in hoc opusculo fidelissime  
dicere que cato ille censorius de disciplina milita  
ri scripsit que cornelius celsus que frontinus di  
xerunt. que paternus dictatio in libros redegit q  
augusti traiani adrianiq: constitutionibus cauta est  
Nihil enim mihi auctoritatis assumo sed horum  
quos supra retuli que dispersa sunt uelut epitho  
mata conscribo. *Ad gradum militare & cursum  
& saltum exercendos tyrones. Capitulum. x*

*breuiarium*

**P**rimis ergo meditationum auspicijs tyrones  
militarem edocendi sunt gradum. **N**ihil enim magis in itinere uel in acie custodiendum  
est quam ut omnes milites incedendi ordinem seruent  
que aliter non potest fieri nisi assiduo exercitio am  
bulare celeriter & equaliter discant. **P**ericulum  
enim semper ab hostibus grauissimum sustinetur di  
uisus & inordinatus exercitus. Militari ergo  
gradu xx. passuum v. horis dumtaxat estus  
conficienda sunt pleno autem gradu qui citatior  
est totidem horis viginti quatuor milia passuum  
quicquid adicietis iam cursus est cuius spatium non potest  
diffiniri. **S**ed & cursu precipue assuefaciendi  
sunt iuniores ut maiori impetu in hostem pcurrat  
ut loca opportuna celeriter cum usus aduenerit occu  
pent uel aduersarijs idem facere uolentibus preoccupet

ut ad explorandum celeriter pergant & alacrius rede-  
ant ut fugientium facilius terga comprehendant  
Ad saltum etiam quo uel fosse transiliunt uel  
impediens aliqua altitudo superatur exercendus  
est miles ut cum huiusmodi difficultates euenerint pos-  
sint sine labore transire. ¶ Preterea in ipso con-  
flictu aut dimicatione telorum bellatorum concursu  
saltuque aduersarij uenientis perstringit oculos, me-  
teque deterret priusque plagam infligit quam ille ad ca-  
uendum uel restituumendum se prepararet. ¶ De ex-  
ercitio pompeij magni salustius commemorat cum  
alacribus saltu cum uelocibus cursu cum ualidis  
recte certabat. ¶ Neque enim ille potuisset  
esse certamine nisi & se & suos milites frequentibus  
exercitijs preparasset ad prelia. *Ad usum natan-  
di exercendos tyrones. Capitulum. xi:*

Natandi usum estiuis temporibus uel men-  
sibus omnis equaliter debet tyro condiscere  
¶ Non enim semper pontibus flumina transeuntur  
sed & cedens & insequens natare cogit frequenter  
exercitus sepe repentinis ymbribus uel niuibus  
solent & undare torrentes & ignorantia non solum  
ab hoste sed etiam ab ipsis aquis discrimen incurrit  
¶ Ideoque romani ueteres quos tot bella & continuata  
pericula ad omne rei militaris erudiuerant arte

7  
campum marciū uicinum tiberi elegerunt i quo  
rursus natandi labore deponeret. ¶ Non solum  
autem pedites sed equites iposq: equos uel lixas  
quos gularios uocant ad natandum exercere per  
comodum ē ne quid ipitis cum necitas icumbet  
eueniat. *Quemadmodum ad scuta miminea ut  
ad palos antiqui exercebant tyrones. Captm. xy.*

Antiqui sicut iuenitur i libris hoc genere  
exercuerunt tyrones de uimine in modu  
cratium contriti data scuta texebant. ita ut du  
plum pondus crates hret q̄ scutum publicum  
hre consueuerit. Inde q: clauas ligneas duplicis  
eque ponderis pro gladijs tyronibz dabant. eoq:  
modo non tm mane sed etiam post meridiem ex  
ercebantur ad palos. ¶ Palorū enim usus nō solu  
militibz sed etiam gladiatoribus plurimum pro  
dest. ¶ Nec numq̄ aut arena aut campus iuctu  
armis circumprobauit nisi qui diligenter exercita  
tus docebatur ad palum. A singulis autē tyronibz  
singuli pali defigebantur in terra ita ut mutari nō  
possent & sex pedibz emineret. Contra illum palu  
idest contra illum aduersarium tyro cum crate il  
la & claua uelut cum gladio se exercebat & scuto  
& nunc quasi caput aut faciem peteret nūc a lateri  
bus minaretur interdum contenderet polipete

*Polypetes, Peritho  
et Hippodamus filii*

*uccidit, sig. huius,  
inulto saltem para  
iactat mal, in filis  
altan afuera.*

& cura succideret recederet insultaret insiliret in q̄  
meditatione seruabatur illa cautela ita ut tyro ad  
inferendum uulnus insurgeret ne qua parte ipse  
parceret ad plagam. **Non cesim sed punctum ferre  
docendos tyrones. Caplm. xuy:**

**P**reterea nō cesim sed punctum ferire discebat  
nam cesim pugnantes non solum facile uicē  
sed etiam derisere romani. Cesa enim quo uis impe  
tu ueniat non frequenter interficit cum & armis  
uitalia defendantur & ossibus. At contra punctum  
duas unctas adacta mortalis ē. Necesse est enim  
ut penetret uitalia quicquid impingitur deinde du  
cesa infertur brachium dextrum latusq; nudatur.  
Puncta autem tecto corpore infertur & aduersariū  
sautiat anteq̄ uideat. Ideoq; ad dimicandū hoc p̄  
cipue genere usus constat ee romanos. Duplicis aut  
ponderis illa crates & claua ideo dabantur. ut cum  
uera & leuiora tyro arma sumisset uelut grauiori  
pondere liberatus securior alacriorq; pugnaret.

**Ad armaturam docendos tyrones. Caplm. xuy.**

**P**reterea illo exercitij genere q̄ armaturam  
uocant & a primis campi ductoribus tradit̄  
imbuendus ē tyro qui usus expte seruatur. **Co.**  
stat enim nūc in omnibus prelijs armatos melius  
pugnare q̄ inermes ex quo intelligi debet quantū

exercitatus miles i exercitatu sit melior cum arma-  
 ti & eruditi reliquos contubernales suos bellandi  
 arte precedant. Ita autem seuerē apud maiores ex-  
 ercitij disciplina seruata ē ut & ductores armorum  
 duplicibz remunerentur annonis & milites qui par-  
 in illa prolusione profecerant pro frumento ordeū  
 cogere accipere nec an eis i tritico redderetur an  
 nona quam sub presentia prefecti legionis tribu-  
 norum uel principum experimetis datis ondisset  
 se omnia que erant i militari arte complere. Ni-  
 hil enim firmitus neq: felicitus neq: laudabilius  
 ē republica in qua habundant milites eruditi.  
 Non enim uestium nitor uel auri argenti gemarq:  
 copie hostes ad reuerentiam nrām aut ad gram  
 inclinant sed solo terrore subiguntur armorum  
 Deinde i alijs rebus sicut ait catho. Si quid erratu  
 ē pot postmodum corrigi pliorum delicta emeda-  
 tionem non recipiunt cum statim pena sequatur  
 errorem: nam confestim peunt qui ignane ipiteq:  
 pugnauerunt aut in fugam couersi uictoribus ul-  
 tra par es ee non audent. *Tyrones exercendos ad  
 missilia iacienda. Captm. xv.*

prolusio, u,  
La leuada

*Si mensura f. anu  
 mexis ac stipendia*

Sed ad inceptum reuertat tyro qui claua  
 exercetur ad palum hastila quoq: grauior-  
 ris ponderis que uera futura sunt iacula aduis

palum illum tamq̄ aduersus hoīem iacere cōpellit  
i qua re armorū doctor attendit ut magnis uiribō  
hastile contorqueat ut destinato ictu uel in palum  
uel hoīem dirigat missile. Eō enim exercitio & late-  
ris robur accessit & iaculandi p̄icia atq; usus acq̄rit.

*Sagittis quoq; diligenter imbuendos tyrones. C. xvj.*

Sed & tertia uel quarta pars iuniorū que ap-  
tior poterit reperiri arcibus ligneis sagit-  
tisq; lusorijs exercenda ē semper ad palos & docti  
ad hanc rem artifices eligendi & maior adhiben-  
da solertia ut arcum scienter teneant ut fortiter  
impleant ut sinistra fixa sic ut cum dextra ratio e-  
ducatur ad illud q̄ ferendum ē oculus pariter  
animusq; consentiant ut siue i equo siue i terra  
rectum sagittare doceant. quam artem & disci-  
opus ē diligenter & cotidiano usu exercitioq; ser-  
uari. Quantum autem utilitatis boni sagittarij  
in usu prelij habentur & cato i libro de disciplina  
militari euidenter ondit & claudius pluribus  
iaculatoribō institutis atq; p̄doctis hostem cui prius  
impar fuerat superauit. ¶ Africanus scipio q̄de-  
cum aduersus numatinos qui exercitus populi  
romani subiugo miserant cēt acie certaturus  
At se superiorem fatū eē nō credidit nisi in  
omnibō teptorijs lectos sagittarios miscuisset:—



*Ad iactandum lapides funda uel manu exercendos*

*Ad lapides uero uel ma // tyrones. Capt. xvij.*  
 nibus uel fundis iacendos exerceri conue-  
 nit diligenter iuniores. ¶ Fundarum usum pmo  
 baleas insularum habitatores & iuenisse & ita  
 perite exercuisse dicunt ut matres puulos filios  
 nullum cibum contingere sinerent nisi q̄ ex fun-  
 da destinatio lapide percussissent. Sepe enim ad-  
 uersus bellatores cassidibus cata fractis loriceisq;  
 munitos torrentes lapides de funda uel fustibalo  
 destinati sunt omnibus grauiiores cum membris  
 integris letale tñ uulnus important & sine sanguine  
 hostem lapidis itu interimit. In omnibus aute ue-  
 terum prelijs funditores militasse nullus ignorat  
 Que res ideo ab uniuersis tyronibus frequenti ex-  
 ercizio discenda e quia fundam portare nullus e  
 labor & iterdum euenit ut in lapidosis locis co-  
 flictus habeatur aut mons sit aliquis defendend⁹  
 aut collis & ab oppugnatione castrorum siue ciuitatu  
 lapidibus barbari fundisq; pellendi sunt: *De*  
*exercitio plumbatarum. Captm. xvij:*

*Plumbatarum quoq; exercitatio quas maci-*  
*barbulos uocant e tradenda iunioribus*  
 Nam in illiria dudum due legiones fuerunt q̄  
 sena milia militum habuerunt que quidem hijs

telis scienter utebantur & fortiter macibarbuli uocabantur per hos longo tempore strenuissime constat omnia bella confecta usque: eo quod diocletianus & maximianus cum ad Imperium peruenissent pro merito uirtutis hos macibarbulos iouinianos atque herculanos censuerunt appellandos eosque cunctis legionibus pretulisse doceantur. Qui nos autem macibarbulos insertos scutis portare consueuerunt quos si oportune milites iactent proprie sagittarios scutatos imitari uidentur officium. Nam equos hostesque consauciant priusquam non modo ad manum sed ad ictum missilium poterint peruenire. *Ad portandum pondus exercendos tyrones. Capitulum. xx. 6*

Non tamen autem a tyronibus sed etiam a stipendiariis militibus salitio equorum districte semper exacta est quem usum usque ad hanc etate licet iam cum dissimulatione perisse manifestum est tunc equi lignei yeme sub tecto estate ponebantur in campo supra hos iuniores primo iermes dum consuetudo proficeret deinde armati cogebantur ascendere. Tantaque cura agebantur ut non solum a dextris sed etiam a sinistris partibus & insilire & desilire condiscerent: euaginos etiam gladios uel contos tenentes hoc etiam assidua meditatio faciebant. scilicet ut in tumultu prelij sine mora asce-

derent qui tam studiose exercebantur i pace. *Que admodum ad ascendendu equos tyroes exercendi. c. xix. a.*

Pondus quoq: baiulare usq: ad .xl. libras & iter facere gradu militari frequentissime cogendi sunt iuniores quibos i arduis expeditionibus necitas iminet annonā piter & arma portandi. Nec hoc creditur ee difficile si usus accesserit nihil enim e' q' nō assidua meditatio facillimu reddat. Quam rem antiquos milites facitauisse uirgilio ipo teste cognoscimus qui ait. Non secus a patrijs acer romanus i armis. iusto sub falce, uia cum carpit in hostem ante expectatum positus stat i agmine castris. *Quo armorum genere usi*

*Locus exigit // sunt antiqui. Caplm. xxi*

quo armorum genere uel istruendi uel muniendi sint tyrones referre temptemus sed i parte antiqua cosuetudo penitus deleta e. Nam licet exemplo gothos & alarios hunnorum q: equi; arma profecerint pedites constat ee nudatos. Ab urbe enim condita usq: ad tempus diui Graciani & cathafractis & galeis muniabatur pedestris exercitus: sed cum campestris exercitatio ierueiente negligentia desidiaq: cessaret grauia uideri arma ceperunt que raro milites induebant. Itaq: ab imperatore de postulant primo cathafractas

*cataphractas*

*elms scu  
are.*

deinde cassides se deponere. Sic detectis pectoribus  
& capitibus congressi contra gothos milites nostri  
multitudine sagittariorum sepe delati sunt nec post tot  
clades que usque ad tantarum urbium excidia de  
uenerunt cuius cure fuit ut cithafractas uel ga  
leas pedestribus reddere ita fit ut nisi de pugna  
sed de fuga cogitent qui in acie nudi exponuntur  
ad uulnera. Quid enim pedes sagittarius sine ca  
thafracta sine galea qui cum arcu scutum tene  
re non potest faciat. Quid ipsi draconarii atque signi  
feri qui sinistra manu hastas gubernant in  
prelio facient, quorum & capita nuda constant &  
pectora. Sed grauis pediti lorica uidetur & gal  
lea fortasse raro meditati, fortasse raro arma  
tractanti. Ceterum cotidianus usus non laborat  
etiam si onerosa gestauerit. Sed illi qui laborem  
in portandis uectibus munimentis armorum ferre non  
possunt detectis corporibus & uulnera sustinere  
coguntur & mortem & quod est grauius incipiant  
certe fugere aut rem publicam prodere. Sic dum  
exercitum laboremque declinant cum maximo  
dedecore trucidantur ut pecudes. Unde enim apud  
antiquos murus dicebatur pedestris exercitus  
nisi quod pilate legiones preter scuta etiam catha  
fractis galleisque fulgebant usque ad eo ut sagittarii

infra brachia

sinistra brachia manibus munirentur pedestres aut  
 scutati preter cathafractas & galeas ferreas ocreas  
 etiam dextris cruribus cogebantur accipere Sic erant  
 muniti illi qui in prima acie pugnabant principes  
 In secunda hastati in tertia triarii: sed triarii ge-  
 nibus positos solebant intra scuta subsidere ne stan-  
 tes uulnerentur uenientibus telis & cum necessitas postu-  
 lasset tamquam requieti uehementius iraderent hostes  
 a quibus constat sepe factam esse uictoriam cum hasta-  
 ti illi & qui priores steterant interissent. **E**rat  
 autem apud ueteres inter pedites qui dicebantur  
 leuis armature ueluti funditores & ferentarii. qui  
 precipue in cornibus locabantur & a quibus pugna-  
 di sumebatur exordium. Sed hij uelocissimi & ex-  
 ercitatissimi legebantur nec erant admodum multi  
 Qui sedentes si prelij necessitas compulisset intra prin-  
 cipia legionum recipi solebant ita ut acies imota  
 consisteret usque ad presentem prope etatem consue-  
 tudo permansit ut omnes milites pillesis quas pa-  
 nonicas uocabant ex pellibus uterentur quod propterea  
 seruabatur ne grauis galea uideretur in prelio homi-  
 sed gestabat aliquid in capite missilia autem qui-  
 bus utebatur pedestris exercitus pila uocabantur  
 ferro subtili trigono unciarum .ix. quod in scutum  
 fixum non possit abscidi & lorica scilicet ac fortiter

directum facile prumpit. Cuius generis apud nos iam  
rara sunt tela. barbari autem scutati pedites hijs  
precipue utuntur quas bebras uocant & binas et  
ac ternas in prelijs portant. ¶ Sciendum p̄terea  
cum missilibus agitur sinistros pedes ante milites  
h̄re debent. Ita enim uibrandis speculis uehemen  
tior ictus est. Sed cum ad pilam manu ad manum  
gladijs pugnantur tunc dextros pedes in an̄ mili  
tes habere debent ut & latera eorū subducant ab hosti  
bus ne possint inferre. Instruendos igitur ac prote  
gendos om̄i arte pugnandi quocumq; armorum  
genere constat esse tyrones. Necesse ē enim ut dimi  
candi sumat audaciam qui munitus ē capite cor  
poreq; tecto quia tūc non ē timidus ad uulnus.

*De castrorum munitione. Capm. xxy*

Castroꝝ quoq; munitione debet tyro addiscere  
nichil enim tam salutare neq; tam necessariū  
inuenitur i bello. Quippe si recte constituta sunt castra  
ita iteruallum securi milites dies noctesq; pagut  
etiam si hostis obsideat quasi munitam ciuitate  
uideantur secum ubiq; portare. Sed huius rei scia  
prorsus intercidit. Nemo enim iam diu ductis fossis  
prefixisq; sudibus castra constituit: sic diurno &  
nocturno superuentu equitum barbaroru multos  
exercitus scimus frequenter afflictos. Non solum

*ndis, sum maderis gunt*

autem confidentes i castris isti paciunt sed cu in acie casu aliquo ceperint cedere si munimenta castrorum quo se recipiant no habent more aialium multi cadunt nec prius moriendi fit finis q hostibus uoluntas defuerit psequedi  
**In quibus locis construenda sunt castra. Captz. xxij**

**C**astra autem presertim uicino hoste tuto semper facienda sunt loco ubi lignorum & pabuli & aque suppetat copia & si diucius comorandum sit loci salubritas eligatur. Cauendum etiam ne mons sit uicinus aut altior locus qui ab aduersarijs captus possit officere. Considerandum e etiam ne torrentio alueo iundari cosueuerit campus ne hoc casu uim paciatur exercitus. Pro numero autem militum uel peditum multiplicanda sunt castra ne maior multitudo constipet in paruis ne ue paucitas in latioribus ultra q oportet cogat extedi  
**Qua spe castra limitanda sunt. C. xxij.**

Interdum quadrata interdum trigona interdum semicircularia prout loci qualitas aut necitas postulauerit castra facienda sunt. **P**orta autem que appellatur pretoria ante orientem spectare debet aut illum locum qui ad hostes respicit aut si iter agitur illam partem debet attendere ad qua est profecturus exercitus. Inter quam prime centurie & cohortes pationes tendunt & draconarios i signiferos constitunt  
**Decumana autem porta e que appellatur post ptoriam**

*en figura de tres angulos*

*el alfoxez dela sena de jeronimo de los rios*

*la puerta del real*

7  
p quam deliquentes milites educuntur ad penam

*Quo genere munienda sunt castra — Capitulum xxv.*

Castrorum autem triplex munitio est nam si nimia  
necessitas non premit cespites circunciduntur  
et terra & ex hijs uelut murus instruitur altus tribus  
pedibus super terram ita ut i ante sit fossa de quale  
uati sunt cespites deinde sint tumularia fossa lata  
pedes. viij. alta pedes. vii sed ubi uis acrior iminet  
hostium tunc laiora fossa ambitum conuenit munire  
castrorum ita ut. xj. pedes lata sit & alta sublimius  
pedes. xx. supra autem sepibus hinc inde factis. que  
de fossa leuata fuerit terra congregetur in altum  
& crescit iij. pedes sic fit ut sit. xj pedibus lata &  
xxiij alta. Supra quam sudes de lignis fortissimis quas  
milites portare consueuerant prefigunt ad quod op<sup>o</sup>  
ligones rastra palos aliaq. utensilium genera habe  
ri conuenit semper imprumptu. *Quemadmodum  
munienda sunt castra si hostis imineat. Cap. xxvj.*

Sed facile est absentibus aduersarijs castra mu  
nire. Verum si hostis incumbit tunc omnes  
equites & media pars peditum ad propulsandum  
impetum ordinantur i acie. Reliqui post ipos duc  
tis fossis muniunt castra & p preconem centuria pma  
que scda que tercia opus ome compleuerit. post hoc  
a centurionibus fossa inspicitur & mensuratur &



uindicatur in eos qui negligentius fuerunt operati  
 Ad hunc ergo usum instruendus ē tyro ut cum ne-  
 cessitas postulauerit sine perturbatione & celeriter &  
 caute possint munire castra **Quemadmodum ex**  
**Nichil magis erceantur tyrones. Cap. xxvii**  
 prodesse constat in pugna q̄ ut assiduo ex  
 exercitio milites i acie dispositos ordines seruent nec  
 ibi contra q̄ expedit aut cōglobent agmen aut laxet  
 nam & constipati perdunt spacia pugnandi & sibi  
 uicem impedimento sunt & rariores atq; iter luce-  
 tes aditum prumpendi hostibus prestant: necesse  
 ē autem statim metu uniuersa confundi si inter-  
 cisa acie ad dimicantium aciem hostes accesserunt  
 Producendi ergo sunt tyrones semper ad campum  
 & secundum matricule ordinem in acie dirigendi  
 ita ut primo simplex & extensa sit acies ne quos sinus  
 ne quas habeat curuaturas sed equali legitimog;  
 spacio miles distet a milite. Tunc precipiendum est  
 ut subito duplicent aciem ita ut in ipso ad quem res-  
 pondere solent ordo seruetur. Tertio precipiendum  
 ē ut quadertam aciem repente constituent quo fito  
 in trigonum quem cuneum uocant acies ipa dispo-  
 nenda ē que ordinatio plurimum prodesse consueuit  
 in bello iubetur etiam ut instruant urbes quo genere  
 cum uis hostium interrumpit aciem resisti ab

exercitatis militibus consuevit ne omnis multitudo fun-  
datur & uertatur in fugam & graue discrimen imineat  
hec si iuniores assidua meditatione pceperint faci-  
lius i ipa dimicatione seruabunt *Quantu spaciu ire  
ut redire debeant ut quens i mense debet exerceri milites. C. xxvii*

Preterea etiam uetus consuetudo pmansit &  
diui augusti atq; adriani constitutionibus pre-  
cauetur ut ter in mense tam equites q̄ pedites educant  
ambulatum. hoc enim uerbo hoc exercitij genere no-  
minant decem milia passuum armati instructi q; oib  
telis pedites militari gradu ire ac redire iubebantur  
in castra ita ut aliquam itineris ptem cursu alacriore  
conficerent. Equites quoq; diuisi p turmas armatiq;  
similiter tantum itineris pgebant ita ut ad equestres  
meditationem interdum sequantur interdum cedat  
& cursu quodam impetus reparent. Non solum aut  
in campis i diuosis & arduis locis & descendē &  
ascendere utraq; acies cogebatur ut nulla res uel ca-  
sus prorsus pugnantibus possit accidere quos no an  
boni milites assidua exercitatione didicissent. *De ex-  
ercitatioe rei militaris romane q; uirtutis. Cap. xxix.*

Ex fidei ac deuotionis intuitu Imperator uicte  
de uniuersis auctoribus qui rei militaris  
disciplinam litteris mandauere in hunc libellum  
enucleata congeffi & in delectu atq; exercitatione

Atos yanicados.

argate exsiste ac sine  
peritate.

14  
tyronum si quis diligens uelit existere ad antique  
uirtutis imitationem facile corroborare possit ex-  
ercitum: neq: enī degenerauit in om̄ibus marcius  
calor nec defecte sunt terre que lacedemones que  
athenienses que marsos que sannites que pelignos  
& que ip̄os progenuere romanos. Non epiro ar-  
mis plurimum aliquando ualuerunt, non ma-  
cedones ac thesalij superatis p̄sis usq: ad indiam  
bellando penetrarunt. Dacos autem & misos & traces  
inter bellicosos semper fuisse uerum ē ut & ipsum  
martem fabule apud eos natum ēē confirmet.  
Longum esset si uniuersarum prouintiarum iures  
enumerare contendam cum om̄s in romani Impij  
ditione consistant. Sed longa securitas pacis hoies  
partim ad delectationem otij partim ad ciuilia t̄ns-  
duxit officia. Ita cura exercitij militaris primone-  
gligentius agi postea dissimulari: ad postremum  
olim in obliuionem perducta cognoscitur. Nec aliq̄s  
t̄ superiore etate accidisse miretur, cum post pri-  
mum punicum bellum qd̄. xx. etiam exercuit an-  
norum pax ita romanos illos ubiq: uictores ocio  
& armorum dissuetudine eneruauit ut sc̄do pu-  
nico bello pares hanibali ēē non possent. Tot itaq:  
consulibus tot ducibus tot exercitibus āmissis.  
tunc demum ad uictoriam p̄uenerunt cum usum

exercitiumq: militare condiscere uoluerunt. Semper  
ergo legendi & exercendi sunt iuniores. utilius eni  
constat erudire armis suos quam alienos merce-  
de conducere:—

*Explicit Liber Primus antiquae exercitationis tyronu  
Incipit liber Secundus de commentarijs augustorū  
traiani & adriani necnon etiam frontonij. Capta  
libri Secundi:—*

In quot genera diuidatur res militaris. **i**  
**¶** Quid inter legiones & auxilia intersit  
**ii** **¶** Que cause extenuare fecerunt legiones.  
**iii** **¶** Quotas antiqui legiones ad bellum du-  
xerunt. **iiii** **¶** Que admodum legio constituat  
**v** **¶** Quot cohortes in una sint legione. **vi** **¶**  
Nomina & gradus principiorū legionis. **vii** **¶** De  
officio prefecti legionis. **viii** **¶** De officio p̄fecti  
castrorum. **ix** **¶** De officio tyburni militum. **x**  
**¶** De officio prefecti fabrorū. **xi** **¶** De centurijs  
atq: uexillis equitum legionariorū. **xii** **¶** Quem-  
admodum legionum acies instruuntur. **xiii** **¶**  
Que admodum triarij uel centuriones armant  
**xiiii** **¶** Comissa pugna grauem armaturam sta-  
re pro muro. **xv** **¶** Scribenda noīa militum

15  
& gradus in scutis eorum **xvi** ¶ Preter corporis  
robur artem i tyronibus eligendam. **xvii** ¶ Do  
natiu partem mediam debent apud signa mili  
tes sequestrare. **xviii** ¶ In legione ita fieri promo  
tiones ut per omnes cohortes cum intersit. **xix**  
¶ De exercitatione militum. **xx** ¶ Exempla  
adhortationum exercitij militaris. **xxi** ¶ De alijs  
artibus tractatus **xxii** ¶ Numeratio fertamentorū  
uel machinarum legionis: — **Incipit prologus**

**I**nstituta maiore partis **Secundi Libri.**  
armate plenissime clementiam uestram  
peritissime q: retinere continuis declaratur uic  
toris ac triumphis. Si quidem idubitata appro  
batio artis sit rerum semper effectus. ¶ Verum  
tranquillitas tua Imperator uicte altiori cosilio  
q̄ mens terrena poterat concipere ex libris anti  
quorum desiderat cū ipam antiquitatem factis  
recentibus antecedit. Igitur cum hec litteris bre  
uiter comprehendere maiestati ure nō tam disce  
da q̄ recognoscenda preciperet certauit sepius de  
uotio cum pudore. Quid enim audatius q̄ dno ac  
pncipi generis humani dominatori oim gentiu;  
barbararum aliquid de usu ac disciplina isinua  
re bellorum. Qui non uississet fieri nisi forte q̄ ipse  
gessisset & rursus tanti imperatoris nō obedire

mandatis plenum scilicet iudicium atque periculi.  
Miro itaque more imparendo audax factus sum me-  
tuo iuderi audacior si negligissimam ad quam teme-  
ritatem procedens me indulgentie iure prohenitus  
auit: nam libellum de delectu atque exercitatione  
tyronum dudum tamquam famulum obtuli non tamen culpa-  
tus abscessi nec formidolosus aggredior opus quod  
spontaneum cessit impune.

*In quor genera diuidatur res militaris. Captm. j.*

**R**es igitur militaris sicut latinorum  
egregius auctor carminis sui testatur  
exordio armis constat & uiribus: hec  
in tres diuiditur partes equites pedi-  
tes & classes. Equitum ale dicuntur  
ab eo quod ad similitudinem alas ab utraque parte pro-  
tegant acies que nunc uexillationes uocantur a uelo  
quia uelis hoc est famulis utuntur. Est & aliud ge-  
nus equitum qui legionarij uocantur preterea  
quod conexi sunt legioni ad quorum exemplum creati  
sunt milites instituti. Item classium duo genera  
sunt unum liburnarum aliud lusuarum. Equitibus  
campi Classibus maria uel flumina. Peditibus colles ur-  
bes plana & abrupta seruantur ex quo intelligitur  
magis rei publice necessarios pedites qui possunt ubique  
prodesse quam maior numerus militum sumptu & ex-

*sig. cubru  
com uelo*

penſa maiore nutritur. Vnde ex re ipſa atq; opere exercitus nomen accepit ut ei numq̄ liceret obliuiſſi q̄ uocabatur: verum ipſi pedites in duas diuiſi ſunt partes hoc e in legiones & auxilia. auxilia a ſocijs uel federatis gentibus mittebantur. Romana autē uirtus præcipue legionum ordinatione pollet. Legio autem ab eligendo appellata e quod uocabuluz designat fidem atq; diligentiam eorū qui milites probant. Inde auxiliarijs minor. Inde legionibus longe amplior conſueuit numerus militum aſcribi. *Quid inter legiones & auxilia interſit. Capit. 4.*

Deniq; macedones greci dandarij. falanges habuerunt ut i una falange armatorū octo milia cenſerentur. Galli atq; celtibi plereq; barbare nationes. Cateruis utebant in prelio in quibus erant ſena milia armatorum. Plures militare conſueuerunt. Quid autē inter legiones & auxilia intereſſe uideatur expediam. ¶ Auxiliatores cū ducunt ad prelium ex diuerſis locis uenientes nec discipline inter ſe nec noticie nec affectioni conſentiunt & alia inſtituta & alius inter eos e uſus armorum. Neceſſe e autem tardius ad uictoriam puenire qui discrepant anteq̄ dimittet. Deniq; cum in expeditionibus plurimum proſit omnes milites unius precepti ſignificatione conuerti non poſſunt

equaliter iussa complere qui ante pares non fuerunt  
tñ hec ipa si solēnibus diuersisq: exercitijs prope co-  
tidie roborentur non mediocriter iuuat: nam legioni-  
bus semper auxilia tamq̄ leuis armatura iacie iun-  
gebantur ut in hijs magis præliandi adminiculū  
esset q̄ principale subsidium. Legio autē proprijs  
cohortibus plena cum grauem armaturam hoc est  
ferentarios sagittarios funditores balistarios cum  
proprijs & sibi insitos equites legionarios hisdem  
matriculis teneat cum aīo uno pariq: consensu  
castra munit acies instruat prælium gerat ex oi  
parte p̄fecta nullo extrinsecus indigens adiuueto  
q̄ talium hostium multitudine superare consueuit

**¶** Documentū ē magnitudo romana que semp  
cum legionibus dimicans tantum hostium uicit  
q̄tum uel ipa uoluit uel rex natura pmisit. **Que  
cause extenuare fecerunt legiones. C. iij.**

Legionum nome in exercitu p̄manet hodie  
sed p̄ negligentiam superiorū temporum ro-  
bitur infractum ē: nam cum uirtutis pmia occuparet  
ambitio & p̄ gratiam promouent milites qui consue-  
uerant promoueri p̄ laborem. Deniq: contubernalibo  
cōpletis stipendijs prestimoniales ex more dimissis  
non sunt alij substituti. Preterea nōcē est morbo ali-  
quantos debilitari atq: dimitti aliquanto deserere

*uentarij dicebat  
missilibz pugna  
ant.*

*cohors La Galn  
Cia o isquadra*



uel cūbus interire diuersis nisi annis singulis ymo  
singulis penemensibus in decedentium locum iu-  
niorum turba succedit quous copiosus tamen exaurit  
exercitus. Est & alia causa cur attenuate sunt legio-  
nes: magnus i illis labore militandi & grauiora  
arma pauca munera grauior disciplina q̄ nitates  
pleriq; i auxilijs festinant militie sacramenta per-  
cipere ubi & minor sudor & maturiona sunt p̄mia  
Cato ille maior cum & armis iunctus eet & consul  
exercitus sepe dixisse plus se reipublice credidit  
profuturum si disciplinam militarem conferret i  
litteris: nam unius etatis sunt que fortiter fiunt  
que uero pro utilitate reipublice scribuntur eterna  
sunt. Idem fecerunt alij q̄ plures precipue frontin⁹  
diuo traiano ab huioi comprobatus industria horū  
instituta horum precepta inquātum ualeo strictim  
fideliterq; signabo. nam cum easdem expensas fa-  
ciet & diligenter & negligenter exercitus ordinat⁹  
non solum presentibus sed etiam futuris seculis  
profuit si prouisione maiestatis tue Imperator  
auguste fortissime dispositio armorū repetit &  
emendetur dissimulatio p̄detur; *Quotas legio-  
nes antiqui ad bellum duxerunt. Cap. iij.*

In omib; auctorib; iuenitur singulos consu-  
les aduersus hostes copiosissimos no am

plus q̄ binas duxisse legiones additis auxilijs so-  
ciorum: tanta in bellis erat exercitatio tanta fidu-  
tia ut ciu bello due legiones fierent crederet posse  
sufficere. Quapropter ordinationem legionis antiq̄  
secundum normam militaris exponam  
Que descriptio si obscurior aut ipolutor uideat̄  
non mihi sed difficultati ipsius rei conuenit iputari  
Attento itaq: aīo sepius relegenda sunt ut memoria  
intelligentiaq: ualeant comprehendi. Necce est eni  
iunctam ee rem publicam cuius imperator militari  
arte percepta quantos uoluerit faciat exercitus bel-  
licosos *Quemadmodum legio constituat̄. C. v.*

Diligenter igitur electis iunioribus animis  
corporibusq: prestantibus additis etiam ex-  
ercitijs cotidianis .iij. uel eo amplius mensium  
iussu auspitijsq: inuictissimi principis legio for-  
matur. Nam picturis i cute punctis milite sc̄pto  
& in matriculis inserti iurare solent & iō militie  
sacramenta dicuntur iurant autem per deum  
& xpm & spm̄ sanctum & p̄ maiestatem impatoris  
que sc̄dm̄ deum ab humano genere diligenda ē  
& colenda. Nam imperator cum augusti nomen  
accipit tamq̄ presenti & corporali deo fidelis est  
prestanda deuotio & impendendus pugil faula-  
tus deo enim priuatus uel militaris seruit cum

fideliter eum diligit. qui ubiq: deo regnat auctore  
 jurant autem milites omnia se strenue facturos q  
 pceperit Imperator numq̄ deserturos militiam uel  
 mortem recusaturos pro romana republica. *Quot  
 cohortes in una sunt legione. Capitm. vj.*

Sciendum aute in una legione. xj cohortes  
 ee debere: sed prima cohors reliquas &  
 numero militum & dignitate precedit nam ge  
 nere atq: institutione. lra. viros electissimos que  
 ret h enim suscipit aquilam que precipuum signu  
 in romano semper e exercitu & tocius legionis  
 insigne. hec ymagines suscepit imperator. hec  
 enim diuina & presentia signa singuli uenerant  
 Ht pedites. m. c. v. Equites lorcatos. Cxxxij & ap  
 pellatur cohors miliaria. hec est legionis ab hac  
 eni cum pugnandum e prima acies icipit ordiari.

Secda cohors habet pedites quingentos. lv. equites  
 lxxvj & appellatur cohors quingentaria. **T**ertia  
 cohors similiter ht pedites quingentos. lv. equites  
 lxxvj sed in hac cohorte tertia ualidiores probari  
 moris e quia i media acie consistit. **C**ohors  
 quarta habet pedites quingentos lv. equites lxxvj.  
**C**ohors quinta habet pedites quingentos. lv.  
 equites. lxxvj. sed & cohors quita strenuos deside  
 rat milites qui sicut prima i dextro ita quinta

in sinistro ponitur cornu. nam quinq: cohortes in prima  
acie ordinantur. ¶ Sexta cohors habet pedites quingē-  
tos lxx. equites lxxvi. in ipsa quoque enucleati ascriben-  
di sunt iuniores qui in secunda acie post aquilam &  
ymagines sexta cohors consistit. ¶ Cohors septi-  
ma habet pedites quingentos lxx. equites lxxvi. ¶  
Cohors octava habet pedites quingentos lxx. equites  
lxxvi sed ipsa animosos desiderat viros quia in secunda  
acie consistit in medio. ¶ Cohors nona habet pedites  
quingentos equites lxxvi. ¶ Cohors decima habet pedi-  
tes quingentos lxx. equites lxxvi. & ipsa bonos consue-  
uit accipere bellatores quia secunda acies sinistram pos-  
sident cornu. ¶ His decem cohortibus legio plena  
fundatur que habet pedites sex milia centum equites  
septingentos xxxvi. Minor itaque numerus armatorum  
in unaquaque legione esse non debet. Maior interdum  
consuevit sed non tantum unam cohortem una  
miliaria si fuerit iussa suscipere debet.

*Nomina  
& gradus principiorum legionis Cap. vii.*

Antiqua ordinatione legionis exposita prin-  
cipalium militum & ut proprio uerbo utar  
principiorum nomina ac dignitates secundum presentes  
matriculas indicabo. Tribunus autem maior per septem  
sacram Imperatoris iudicio destinatur. Minor tribu-  
nus puenit ex labore. Tribunus autem uocat ex tribu

19

primus romulus legit ordinarij dicuntur qui in prelio primos ordines ducunt. Augustales appellantur quia ab augusto ordinarijs iuncti sunt. Flamiales idem tanquam secundi augustales. A diuo uaspatiano sunt legionibus additi. Aquiliferi qui aquilam portant. Ymaginarij qui Impatoris ymaginem ferunt. Optiones ab optando appellati quod hi tanquam adoptati cum eorum uicario solent uniuersa procurare. Signiferi qui signa portant quos nunc draconarios uocant. Tessarij qui tesseram per contubernalia militum nuntiant. Tessera autem dicitur preceptum ducis quo uel ad aliquod opus uel ad bellum mouetur exercitus. Campigeri hoc est ante signum ita sic nominati quia eorum opera atque uirtute exercitij genus crescit in campo. Campimetatores qui precedentes locum eligunt castris. Beneficiarij ab eo appellati qui promouentur beneficio tribunorum. Librarij ab eo quod in libris referant rationes ad milites pertinentes. Tubicines cornicines & buccinatores committere prelium solent. Armature duples qui binas consecuntur annonas. Simples qui singulos mensores qui in castris ad podissimum demecuntur loca in quibus tentoria milites figant uel hospitia in ciuitatibus prestant. Torquati duples Torquati simples quibus torques aureis

ob solius uirtutis premium fuit. Quem qui meruisset propter laudem interdum duplares consequabantur annonas. Duplares duas sexquiplares qui semis una consequabantur annonam. Candidati duplares. Candidati simplares hy sunt milites speciales qui priuilegijs muniuntur. Reliqui munifices appellantur qui propter munera facere militiam coguntur. *De nominibus eorum qui antiquos ordines ducebat. c. viij.*

**U**etus autem consuetudo tenuit ut ex primo principe legio promoueretur. Centurio primipili qui non solum aquile preerat uerum etiam uij<sup>or</sup> centurias hoc quadringentos milites in acie prima gubernat. hic tamq̄ caput totius legionis merita consequabatur & commoda. **I**tem primus hastatus duas centurias id e<sup>t</sup> ducentos hoies ducebat in acie secunda quem nunc ducentarium uocant. Princeps autem prime cohortis centuria sex hoc e<sup>t</sup> centum quinquaginta homines gubernabat ad quem in legione omnia proprie que ordinanda sunt pertinent. **I**tem secundus hastatus centuriam sexcūciam .i. centum l. hostes gubernabat sic decem centurijs regebatur quibus magne utilitatis & magnus honor e<sup>t</sup> a ueteribus constitutus ut milites ceteri ex tota legione omni labore ac deuotione contenderent ad tanta p̄mia.

peruenire. Erant etiam centuriones qui singulis  
 centurias curabant qui nunc centenarij noiatur  
 Erant decanidenis militibō ppositi qui nuno caput  
 contubernij uocantur. Secunda cohors habebat  
 centuriones .v. similiter tertia & quarta usq; ad  
 decimam cohortem. itota autem legione erant  
 centuriones quinquagintaquinq;: — *De officio  
 prefecti legionis. Capitulum. ix. —*

*S*ed & legati imperatoris ex consulibus  
 ad exercitus mittebantur quibō legiones  
 & auxilia uniuersa obtempabant in ordinatioe  
 pacis uel necite bellorum in quorum locum illu-  
 stres uiros constat magistros militum constitutos  
 Aquibus non tantum bine legiones sed etiam  
 plures numero gubernabantur. proprius autem  
 iudex erat prefectus legionis habens comitiuam  
 primi ordinis dignitatem. q; absente legato taq;  
 uicarius ipius maxima ptatem retinebat. Tribuni  
 uel centuriones ceteriq; milites eius precepta serua-  
 bant nigiliaru siue professionis tessera ab eodem pe-  
 tebantur. Similes crimen aliquod comisisset aucte  
 prefecti legionis a tribuno deputabatur ad penam  
 Arma oim militum equi uestes annona ad curam  
 ipius pertinebant. Discipline seueritas & exercitus  
 non solum peditum sed etiam equitum legionarior

precepto ducis cotidie curabatur. Ipe autē custos di-  
ligens legionem sibi creditam assiduis operibus  
ad omnem deuotionem omnemq: formabat industria  
sciens ad prefecti laudem subiectorum redundare  
uirtute. **De officio prefecti castrorum. Cap. x.**

*primus a elmanjak*  
Fuit autem castrorū prefectus licet inferior dig-  
nitate occupatus in nō mediocribus causis  
ad quem castrorum portio ualli & fosse extimatio  
ptinebat uel case militum cum impedimentis om-  
nibus nutu ipsius curabantur. Preterea egrī cōcuber-  
nales & medicorum a quibus curabantur expense  
etiam ad eius industriam ptinebant uehicula sa-  
ginarum necnon & ferramenta quibus materies  
secatur uel ceditur quibusq: aperitur situs cōtextus  
fosse uallium aque ductus. Item ligna uel strami-  
na arietes onagri baliste ceteraq: genera tormentorū  
ne deessent aliquando procurabat. Is post longam  
probatamq: militiam peritissimus omnium lege-  
batur ut recte doceret alios qd ipe cum laude fe-  
cisset. **De officio prefecti fabrorum Cap. xi.**

Habet preterea legio fabros lignarios structo-  
res carpentarios ferrarios pictores reliquosq:  
artifices ad fabricanda<sup>3</sup> ybernorum edificia ad ma-  
chinas turres ligneas ceteraq: quibus expugnant<sup>r</sup>  
aduersariorum ciuitates uel defenduntur prope

preparatos



preparatos qui arma uehricula ceteraq: genera tormētorum noua facerent uel quassata repararent | habet etiam fabricas scutarias loriciarias arcuarias ex quibus sagitte missilia cassides omniaq: genera armorum formabantur : hec enim erat cura precipua ut quicquid exercitui necessarium uidebatur nūquam deesset i castris usq: eo ut etiam cunicularior haberent qui ad mortem bestorum ducto sub terris cuniculo murisq: itra fundamenta effossis iprouisi emergerent ad hostium urbes capiendas horum iudex proprius prefectus fabrorum erat

*De officio tribuni militum. Capitulum. Lij.*

Decem cohortes habere diximus legionem

Sed prima erat miliaria in qua censura litteris forma & uirtute pollentes milites mittebantur. huic tribunus preerat armorum scientia uirtute corporis & morum honestate conspicuus. Reliquae cohortes prout principi placuisset a tribunis uel a prepositis regebantur. Tanta autem seruabatur exercendi milites cura ut non solum tiburni uel prepositi contubernales milites creditos sibi sub oculis suis iuberent cotidie meditari sed etiam ipsi armo & arte precepti ceteros ad imitatione proprio cohortarentur exemplo. Tribuni autem sollicitudo p hanc laudatur industriam cum miles ueste ni.

tidus & armis benemunitus & fulgens exercitij iussi  
& disciplina eruditus incedit *De centurijs atq: ue-*  
*xillis equitum legionariorum capt. xij.*

*Primum signum totius legionis e aquila qua*  
*aquilifer portat. Dracones etiam p singulas*  
*cohortes a draconarijs feruntur ad prelium. Sed an-*  
*tiqui qui sciebant in acie comisso bello aleriter posse*  
*ordines aciesq: turbare atq: confundi ne hoc possit*  
*accidere cohortes in centurias diuiserunt & singu-*  
*lis centurijs singula uexilla constituerunt ita ut ex*  
*qua cohorte uel ex quota esset centuria in ipso uexil-*  
*lo lris eet ascriptum qd intuentes uel legentes mi-*  
*lites i quantonis tumultu a contubernalijs suis*  
*oberrare non possent.* ¶ Centuriones iquam qui  
nunc centurij uocantur nimium bellicosos loricatorq:  
transuersis cassidum cristis milites habebant ut  
facilius noscerentur quiq: singulas iusserunt cen-  
turias gubernare quar nullus error existeret cu  
centum milites sequerentur non solum uexillum  
suum sed etiam centurione qui signum habebat  
in galea. Rursus ipe centurie in contubernia diui-  
se sunt ut. x. militibus sub uno papilone degetibo  
vnus qui preesset decanus caput contubernij noiat  
Contubernium autem manipulus uocabat<sup>ur</sup> ab eo qd  
coniunctis manibus pariter dimicabant: ~

*as equa sena del pendon delos*  
*maros inde draconarijs*  
*feruntur que libaban*  
*aquilla sena*  
*centuria, a por la batalla*  
*a cien armados inde cen-*  
*turia qui erant sub un-*  
*uione y centurio e*  
*el capitano decien ar-*  
*matos.*

## De turmis equitū legionariorum. Cap. xiiij.

manipulus. i. la  
una decada et  
quadra
regidor
alta
Una turma 50et  
64/32
 Quemadmodum inter pedites centuria uel  
 turma dicitur & habet una turma equites .xxxij.  
 huic qui preest <sup>regidor</sup> decurio nominatur. Centum enim  
 decem pedites ab uno centurione sub uno uexillo  
 gubernantur. Similiter .xxxij. equites ab uno decuri  
 one sub uno uexillo reguntur. Preterea sicut centu  
 rio eligendus ē magnis uiribus, <sup>alta</sup> procera statura,  
 qui hastas uel missilia pite iaculetur & fortiter  
 qui dimicare gladio & scutum rotare doctissime  
 nouerit qui omnem artem didicerit armature  
 uigilans sobrius agilis magis ad faciendum ea  
 que sibi imparantur q̄ ad loquendum paratus co  
 tubernales suos ad disciplinam retineat ad armorū  
 exercitium cogat ut bene uestiti & calciati sint ut  
 armorū om̄ decorentur & splendeant. Similiter eli  
 gendus ē decurio qui turme equitum p̄ponatur  
 imprimis habili corpore ut loricas & armis om̄bo  
 circundatus cum summa admiratione equū possit  
 ascendere equitare fortissime conto scienter uti  
 sagittas doctissime mittere turmales suos. i. sub cu  
 ra sua equites positos erudire ad om̄ia que eques  
 tris pugna deposcit eos demq; cogere loricas uel  
 cathafractas contos & cassides frequenter tergere

& curare plurimum enim terroris hostibus armorum splendor importat. Quis credat militem bellicosum cui dissimulatione situ ac rubigine arma fedantur. Non solum autem equites sed etiam ipsos equos assiduo labore conuenit edomari. Itaque ad decurionem & sanitatis & exercitationis tam hominum quam equorum pertinet cura.

*Quemadmodum legionum acies instruantur. Cap. xv.*

Nunc qualiter instruenda sit acies si pugna imineat declaratur. unius legionis exemplo quod si usus exegerit transferri possit ad plures. Equites locantur in cornibus. acies peditum a prima cohorte incipit ordinari in cornu dextro huic cohors secunda coniungitur. Tercia cohors in media acie collocatur huic annectitur quarta. Quinta uero cohors sinistram suscipit cornu. Sed ante signa & circa signa necnon etiam in prima acie dimicantes principes uocabuntur hoc est ordinarij ceterique principales. h. erat grauis armature que habebat cassides cathafractas ocreas scuta gladios maiores quos spathas uocant & alios minores quos semispathas nominant plumbatas quinas positas in scutis quas primo ictu uel impetu iaciunt. Item bina missilia unum manus ferro triangulo unciarum nouem hastile pedum quinq; semis quod pilum tunc

tunc uocabant nunc spiculum dicitur ad cui<sup>o</sup> ictu  
 exercebantur precipue milites qd arte & uirtute  
 directum scutatos pedites & loriatos equites trans  
 uerberabant. Alid min<sup>o</sup> ferro unciar<sup>o</sup>. v. hastile pe  
 dum trium semis qd tunc uerticulum nunc uerru  
 tum dicitur. Prima acies principum scda hastato  
 rum armis talibus docetur instructa. ¶ Post hos  
 erant ferrentary etiam leuis armature quos nunc  
 excubatores & armaturas dicimus. Scutatis qui  
 plumbatis gladys & missilibus accincti sicut nunc  
 prope omnes milites uidentur armati erant. Ite  
 sagittary cum cassidibus cathafractis & gladys  
 & sagittis & arcubus erant funditores qui ad fu  
 das uel fustibalos lapides iaciebant. Erant tragu  
 lary qui cum manu balistas uel arcubalistas  
 dirigebant sagittas. ¶ Scda acies similiter ar  
 mabatur in qua consistentes milites hastati uo  
 cabantur Sed in scda acie dextro cornu cohors  
 sexta ponebatur cui iungebatur septima. Octaua  
 cohors mediam aciem tenebat. Nona comitante

Decima cohors in secunda acie sinistrum semper  
 obtinet cornu *Quemadmodum triary uel centuri*

*Post omnes ones armantur. Cap. xvj.*

*in 3<sup>o</sup> ord<sup>o</sup> dispo  
 nebatur  
 d'alterutra  
 uera instruct*

*acies triary cum scutis, cathafractis, &*  
*galeis ocreati, cum gladys seu spathis plubatis*

*cataphratta, est lorica  
 hinc thorax milite*

binis missilibus locabantur qui genu ante posito  
subsdebant ut si prima acies uinceretur ab his quasi  
de integro reparata pugna possit reparari uictoria  
Oms autem signarij uel signiferi quauis pedites lo-  
ricas minores accipiebant & galeas ad terrorem  
hostium ursinis pellibus tectis: centuriones uero  
habebant catafractas .i. scuta & galeas ferreas sed  
tranuersis & argentatis cristis ut celerius agnosca-  
tur a suis. *Comissa pugna graue armatura stare p muro | xdy*

Illud autem sciendum e & modis omnibo  
retinendu comisso bello prima & scda acies  
stabat imota. Triarij quoq: residebant ferrentarij  
autem armature leues. Sagitarij funditores hoc  
e leuis armature aduersarios prouocabant ante  
aciem precedentes si hostes fugare poterant seque-  
bantur. Sed si eorum uirtute aut multitudine pre-  
mebantur reuertebantur ad suos & post eos stabat  
Excipiebat autem prelium grauis armatura &  
tamq murus ut ita dicam ferrens stabat & non  
solum missilibus sed gladijs etiam cominus di-  
micabat & si hostes fugasset non sequebatur gra-  
uis armatura ne aciem suam ordinationemq: tur-  
baret & ad dispersos recurrentes hostes incompoi-  
tos opprimerent. Sed leuis armatura cum fundi-  
toribus sagitarijs & equitibus fugientes sequebat

mimicos. hac dispositione atq: cautela sine periculo legio vincebat aut superata seruabatur incolumis quia legionis uis e facile nec fugere nec sequi **Scribenda nomina militum & gradus in scutis. Cap. xvij.**

Sed ne milites aliqui in tumultu prelij a suis contubernaliibus oberrarent diuersis cohortibus diuersa in scutis signa pingebant: ipsi notant dogmata sicut etiam nunc moris e fieri. Preterea in diuerso scuto unius cuiusq: militis litteris erat nomen ascriptum addito eo ex qua eet cohorte qua ue centurina. Ex his igitur apparet legionem bene institutam inuictissimam esse ciuitatem que omnia prelio necessaria secum ubiq: portaret nec metueret repentinum hostium superuentum que etiam in medijs campis subito fossa se ualloq: muniret q: genus militarium contineret armorum. Si quis g: pugna publica superare barbaros cupit ut diuinitatis nutu & dispositione imperatoris inuicti reparentur ex tyrombus legiones inuictis uotis omib: petat. Intra autem breue spacium temporis iuniores diligenter electi & exercitati cotidie non solum mane sed etiam post meridiem omni armoru disciplina uel arte bellandi ueteres illos milites qui orbem terrarum integrum subegerunt facile cequabunt nec moueat qd olim erant consuetudo mutata

dogmata sunt  
cuius cuiusq: scute  
decreta

que nocuit sed huius felicitatis ac prouisionis e phe-  
mtas tua ut pro salute reipublice & noua excogitet  
& antiqua restituat. Omne itaq: opus difficile ui-  
detur antequam temptes. Ceterum si exercitati &  
prudentes uiri delectui preponantur celeriter ma-  
nus bellis apta poterit aggregari & diligenter in-  
strui. Quod uis enim efficit solertia si competetes  
non denegentur expense. *Præter corporis robur  
artem in tyronibus eligendam. Capitulum .xix.*

Sed qm̄ in legiombus plures scõle sunt que  
litteratos milites querunt ab hijs qui tyro-  
nes probant, in omnibus quidem statura magnitu-  
dimis corporis robur & alacritas animi conuenit  
explorari. Sed in quibusdam notatur pericia, cal-  
culandi computandiq: usus exigitur. Tocitis enim  
legionis ratio siue obsequiorum siue militarium  
numerorum siue pecunie ascribitur actis maiore  
prope diligentia q̄ res ammonaria uel ciuilis poli-  
thica annotatur. Cotidianas etiam i pace uigili-  
as. Item excubitum siue angarias de omnibus ce-  
turijs & contubernijs que milites uicissim faciunt  
ne quis contra iustitiam pregrauetur alicui p̄stet  
imunitas. Nota eorum qui uices suas fecerunt  
breuibus inferuntur qn̄ quis comeatum acce-  
perit uel quot dierum i breuibus annotat. Tunc

olors et boueas como quier  
nda atiento

ta, et portos et bos publicos  
e cadadia



enim difficile comeatus dabatur nisi causis iustis  
 simis & approbatis nec aliquibus milites instituti  
 deputabantur obsequijs nec priuata eisdem nego-  
 tia mandabantur. Si quidem incongruum uideret  
 imperatori militem qui ueste & amona publica  
 pascebatur utilitatibus uacare priuatis ad obse-  
 quia tñ uiditum uel tribunorum necnon etiam  
 principalium deputabantur milites qui uocabantur  
 accensi hoc postea addit ante q̄ fuisset legio completa  
 quos nunc sup numerarios uocant fascicularia tñ  
 lignum fenum aquam stramen & ligamina mi-  
 lites in castra portabant. Munifices enim ab eo ap-  
 pellantur q̄ hec munia faciunt. *Donatui partem me-  
 diam debent apud signa milites sequestrare. Cap. xx.*

**I**llud quoq; ab antiquis diuinitus institutum  
 ut ex donatiuo q̄ milites consecuntur  
 dimidia pars sequestraretur apud signa & ibidem  
 ipis militibus seruaretur ne p̄ luxum aut ianium  
 rerum comparationem ab ipsis militibus contuber-  
 nalibus possit assumi. pleriq; enim hois & precipue  
 pauperes tantum erogant quantum habere potue-  
 runt sed potius ista pecunia premium ipis contu-  
 bernalibus doceatur ad comodata: nam cū pu-  
 blica sustententur amona ex omnibus donatiuis  
 augetur eorum pro medietate castrense peculium

*signa de uexillis.*

*luxus. la super fin  
 uiciotto.*

Miles deinde qui sumptus suos scit apud signa de-  
positos de deserendo nichil cogitat magis diligit  
signa pro illis in acie fortius dimicat. more humani  
ingenij ut pro illis habeat maximam curam in quibus  
suum uidet positam esse substantiam. Denique decem  
folles hoc est decem sacci per cohortes singulas ponebat  
in quibus huius ratio condebatur. Addebatur etiam sac-  
cus undecimus in quem tota legio aliquam particula  
conferebat sepulture iudicet causa ut si quis ex co-  
tubernalibus defecisset de illo xi. sacco ad sepultu-  
ram ipsius promeretur expensa. huius ratio apud sig-  
feros ut nunc dicunt in cophinis seruabatur & ideo  
signiferi non solum fideles sed etiam litterati hoies  
eligebantur qui & seruarent deponita & bene sciret  
singulis reddere rationem. *In legione ita fieri pro-  
motiones ut per cohortes omnes transeant q. pmouet. C. xxi.*

Non tantum humano consilio sed etiam diui-  
nitatis instinctu legiones a romanis arbitror  
constitutas in quibus decem cohortes ita sunt or-  
dinate ut omnium corpus unum una uideatur esse  
coniunctio: nam quasi in orbem quedam per diuersas  
cohortes & diuersas scolas milites promouentur  
ut ita ex prima cohorte ad gradum quempiam pro-  
motus uadam ad decimam cohortem & rursus  
ab ea crescentibus stipendijs cum maiore gradu

p alias recurrat ad primum. Ideo principalis centurio post q̄ in orbem omnes cohortes p̄ diuersas ad ministrauerit scolas in prima cohorte ad hanc peruenit palmam in qua ex omni cohorte infinita comoda consequatur. Sicut primicerius in officio p̄fectorum p̄torio ad honestatum questuosumq; militie peruenit finem. Ita Legionarij equites cohortes suas contuberna affectione uenerantur. Cum naturaliter equites a peditibus discrepare solebant p̄ hanc contestationem in legionibus & om̄ cohortium & equitum peditumq; seruatur una cōcordia.

*Quid inter tuburnes & cornices & classicum interfu-*

*Legis Tacapitania  
in la Suesca 5ten  
Decem cohorty*

|| Habet pretereā legio // *Capitulum. xxy.*  
tubicines, cornicines, & buccinatores. Tubicina ad bellum uocat milites & rursus receptui canit. Cornicines quociens canunt non milites sed signa ad eorum obtemperant nutum. Ergo quociens ad aliqd̄ opus exituri sunt soli milites tubicines canunt ad eorum obtemptum. Quociens mouēda sunt signa cornicēs canunt. Quociens autē puḡt & tubicines & cornicines & buccinatores canunt p̄ter. Classices autem appellatur q̄ buccinatores p̄ cornu ducuntur hoc insigne uidetur imperij quia classicum canitur uel imperatore presente uel cum in militem capitaliter aduertit: hoc enim

ex imperatorij's legibus fieri necesse est. Siue ergo ad  
uigilias siue ad gratias faciendas siue ad opus ali  
quod uel ad decursionem campi exeunt milites  
tubicina uocante operantur & rursus tubicine ad  
moniti cessant. Cum autem mouentur signa aut  
iam mota fugienda sunt cornuines canunt. Quod  
ideo in omnibus exercitijs & processionibus custo  
ditur ut in ipsa pugna facilius obtemperent milites  
siue eos pugnare siue stare siue sequi uel redire  
preceperint duces. Sed quidem ratio manifesta est  
semper in otio debere fieri quod necessario faciendum  
uidetur in prelio. *De exercitatione militum*

*Legionis ordinatione Capitulum. xxij.*

Digesta ad exercitum reuertimur. Vnde sicut  
iam dictum est exercitus nomen accepit. Juniores  
quidem ac noui milites mane & post meridiem  
ad omne genus armorum exercebantur ueteres  
autem & eruditi sine intermissione semel in die  
exercebantur armis. Neque enim longitudo etatis  
uel annorum numerus arte bellicam tradit. sed  
continua armorum exercitatio & artis bellicae me  
ditatio exercitatus miles semper est ferox armatu  
raq; cunctis diebus exercetur idcirco non tantum  
que sub campi ductore sunt cotidiana meditatio  
discere debet sed etiam corporis uelocitate. nam

& uelocitas usu ipso acquiritur corporis & scientia  
 ferendi hostem seq: protegendi presertim si gla  
 dijs dimicetur. Illud uero qd maius e' ut seruare  
 ordines discant & uexillum suum in tantis per  
 mixtionibus in ipa prolixione <sup>liber</sup> comittentur ne  
 inter doctos aliquis error existat multitudin  
 tante sit confusio. Ad palum quoq: uel funda  
 exerceri p' commodum e' ut latera uel pedes aut  
 caput ipetere punctum cesumq: condiscant Sal  
 tus quoq: & ictus facere pariter assuescant isur  
 gere tripudantes in clipeum. Rursusq: subsidere  
 nunc gestiendo prouolare cum saltu nunc cede  
 tes in terga resilire missilibus etiam palos ipos  
 procul ferre meditentur ut ars dirigendi & dexte  
 uirtutis possit acorescere. Sagittarij uero uel fun  
 ditores scobas hoc e' fructicum uel straminum  
 fasces pro signo ponebant ita ut sexcentis pedibo  
 remouerentur a signo ut sagittis uel certis lapidi  
 bus ex fastibalo destinatis signum sepius tange  
 rent. // Assuescendum e' etiam ut semel tantum  
 funda circa caput rotetur cum ex ea emittit' saxu  
 sed & manu saxum omnes milites meditabant'  
 libracia saxa iactare. Qui usus pacior ee' credit'  
 quia non desiderat fundam. Missilia quoq: uel  
 plumbatas uigi perpetuoq: exercitio dirigere coge

lantur usq; adeo ut tempore yemis de tegulis uel sca-  
diulis que si decet certe de canis ulua ut culmo & por-  
ticus tegerent ad equites & quedam uelut basilice  
ad pedites in quibus tempestate uel uentis aere tur-  
bato sub tecto armis enudiebat exercitus. Ceteris  
autem etiam hybernis diebus si nyues tantum plu-  
ueq; cessarent exerceri cogebantur in campo ne in-  
termiffa consuetudo & animos militum debilitaret  
& corpora. Siluam cedere portare onera transili-  
re fossas in mari natate siue in fluminibus gra-  
du pleno ambulare uel currere etiam armatus  
cum sarcinis suis frequentissime conuenit ut coti-  
diani laboris usus in pace difficilis non uideatur  
in bello. Siue ergo legio siue auxilia fuerint  
exerceantur assidue: nam quemadmodum bene  
exercitatus miles prelium cupit ita formidat i-  
doctus. Postremo sciendum e in pugna usum am-  
plus prodesse q̄ uires nam si doctrina cesset ar-  
morum nichil paganus distat a milite.

**De alijs artibus tractatus. Capitulum. xxiiij.**

Athleta, auriga, uenator, propter exiguam  
mercedem uel certe plebis fauorem cotidia-  
na meditatione artes suas aut augere cosuevit  
aut seruare. Milites quorum est manibus serua-  
da res publica studiosius oportet sciam dimicadi

Athleta interpretat pugil  
u. certator que  
pelador

*continui et perpetui*

usumque rei publice iugibus exercitijs custodire. Quibus non tantum contingit gloriosa uictoria sed et amplior preda. Quoniam ad opes & dignitates ordo militie & imperatoris iudicium consuevit euehere qui artifices ceuici ab exercitijs non recedunt pro laude uulgi. Miles sacramento lectus ab exercitio armorum uel nouellus uel etiam uetustus cessare non debet cui pugnandum e pro salute propria & libertate communi presertim cum antiqua sit

prudensque sententia omnes artes i meditatione consistere.

*Enumeratio feramentorum. ut machinarum.*

*Legio autem non tm legionis. Capit. xxv.*

militum numero sed etiam genere feramentorum uincere cosuevit. Primum oim instruit iaculis quibus nulle lorice nullaque possunt scuta sufficere: nam per singulas centurias singulas caro balistas habere consuevit quibus milites ad trahendum singula contubernia, ad armandum uel dirigendum ad hoc enim undecim homines deputantur nam quanto maiores fuerint tanto longius ac fortius tela iaculantur non solum aut castra defendunt uerum etiam & in campo. Post aciem grauis armature ponuntur ante quarum impetum nec equites loricati nec pedites scutati hosti possunt stare. In una autem legione. lv. ca

*iaculum i el  
ficus q. ietira*

robaliste esse solent. Item decem onagri hoc est sin-  
guli per singulas cohortes in carpentis bobus porta-  
tur armatis ut si forte hostes ad oppugnandum  
uenerint uallum sagittis & saxis possint castra de-  
fendi scaphas quoq: de singulis trabibus excava-  
tas cum longissimis funibus & interdum etiam  
ferreis cathenis secum legio portat quater contex-  
tis hysdem sicut dicunt dicunt monoxillis super-  
iectis etiam tabulatis flumina sine pontibus que  
uidari nequeunt tam a peditibus q̄ ab equitibus  
sine periculo transeantur. h̄t ferreos arpationes  
quos uocant lupos & falsas ferreas confixas lon-  
gissimis contis. Item ad fossarum opera facienda  
bidentes ligones, palas, rastra, alueos, cophinos, quibus  
terra portetur, habet quoq: dolabras secures ascias *seguro*  
seras quibus materia ac pali dedolantur atq: ser-  
tant: habet preterea artifices cum omnibus ferra-  
mentis qui ad depugnandas hostium ciuitates  
sufficiunt testudines preterea musculos arietes  
& uineas ex quibus uineis res etiam ambulatorias  
faciunt. Verum ne singula enumerando plura di-  
cantur: uniuersa que in quocumq: belli genere ne-  
cessaria esse creduntur debet secum legio ubiq: por-  
tare ut in quo uis loco fixerit castra armatam fa-  
ciat ciuitatem.:

con. xilon, e nauigiun  
de ligno integro



**Explicit liber Secundus Incipit Liber. iij. Capitu-  
la eiusdem Libri:**

- Q**uomodo esse debeat exercitus. **i** **¶** **Q**ue  
admodum sanitas exercitus gubernetur. **ii**
- ¶** **Q**uanta cura prouidenda sunt atq: seruanda pabula  
uel frumenta. **iii** **¶** **Q**uemadmodum oportet  
prouidere ne milites seditionem faciant. **iiii** **¶** **S**ig-  
norum militarium quanta sunt genera. **v** **¶**  
**Q**uanta sit seruanda cautela cum uicinis hostibus  
quando mouetur exercitus. **vi** **¶** **Q**uemadmo-  
dum flumina que maiora sunt transeuntur. **vii**
- ¶** **Q**uemadmodum castra debeant ordinari. **viii**
- ¶** **Q**ue & quanta consideranda sunt ut intelligat  
utrum superuenientibus insidijs publico debeant  
marte confligi. **ix** **¶** **Q**uid oporteat fieri si q's  
dissuetum ad pugnam exercitum habeat & tyro-  
nem. **x** **¶** **Q**ue ipso die procuranda sunt cu  
publica comittitur pugna. **xi** **¶** **I**nuestigandu  
quid sentiant ad pugnam milites pugnaturi. **xii**
- ¶** **Q**uemadmodum idoneus locus eligatur ad pugna  
**xiii** **¶** **Q**uomodo acies debeat ordinari ut i con-  
flictu reddatur iuncta **xiiii** **¶** **R**atio podiffini  
quantum spacium in acie inter singulos ordines  
in longum & quantum in latum debeat custodiri.

xv. ¶ De equitibus ordinandis. xvi. ¶ De sub  
sidys que post aciem collocantur. xvij. ¶ In quo  
loco primus dux stare debet in quo secundus in  
quo tercius. xvij. ¶ Quibus remedijs uirtuti ut  
dolus hostium resistatur in acie. xix. ¶ Quot ge  
neribus pugna publica comutatur & quo modo  
etiam qui inferior numero & uiribus e ualeat  
uictoriam obtinere. xx. ¶ Viam ascendendi  
hostibus dandam ut deleantur facilius fugietes  
xxi. ¶ Quemadmodum ab hostibus recedatur  
si consilium displicet pugne. xxij. ¶ De camelis  
& catafractis equitibus. xxij. ¶ Quo quadrigis  
falcatis uel elephantis in acie possit obsisti. ¶  
xxij. ¶ Quid fieri debeat si uel pars fugerit uel tot  
exercitus. xxv. ¶ Regule bellorum generales.  
Incipit prologus Libri tercij: —

**A**themenses & lacedemones ante ma  
cedones rebus potitos ut prisca lo cunt  
annales uerum apud athenienses  
non solum reipublice sed etiam diuer  
sarum artium industria uiguit. Lacedemonijs  
autem precipua fuit cura bellorum. primi deniq;  
experimenta pugnarum de euntibus colligetes  
artem preliorum scripsisse firmantur usq; adeo  
ut rem militarem que uirtute sola uel certe

felicitate creditur contineri ad discipline pitie  
 q: studia reuocarent ac magistros armorum quos  
 tacitos uocauerunt iuuentutem suam usum ua  
 rietatemq: pugnandi precipue edocere. Quis no  
 hos summa admiratione laudandos qui etiam p  
 cipue artem discere uoluerunt sine qua alie ar  
 tes esse non possunt. Horum sequentes instituta  
 romani marty precepta operis & usum retinue  
 runt & litteris prodiderunt. Sed ea que per di  
 uersos auctores librosq: dispersa. Imperator in  
 uicte mediocritatem meam abreuiare iussisti  
 ne uel fastidium nasceretur ex plurimis uel ple  
 nitudo fidei deesset in p̄uis. **¶** Quantu aut  
 in prelys lacedemonioru disciplina profuerit ut  
 omittam cetera xantippi declaratur exemplo.  
 qui attilium regulum romanumq: exercitum  
 sepe uictorem cum carthaginensibus non uirtute  
 sed arte sola ferret auxiliu prostratis exerci  
 tibus cepit ac domuit. Vnoquoq: congressu tri  
 umphas bellum omne confecit nec minus hani  
 bal petiturus italiam lacedemonicum doctorem  
 quesuit armorum. Cuius monitus tot cosu  
 les tantasq: legiones inferior numero ac uiri  
 bus interemit. Igitur qui desiderat pacem pre  
 paret bellum qui uictoriam cupit diligenter

imbuat qui ferox optat euentus dimicet arte nō casu  
Nemo prouocare nemo audet offendere quem itelligit  
superiorem ee si pugnet

**Q**uomodo esse debet exercitus. *Capitulum .I.*  
*deciat* Primus liber tyronum delectum exercitūq:

depromit, sequens legionis institutione  
disciplinamq: edocuit militarem. hic ter  
cius classicum sonat, ideo enim illa premissa sunt ut  
in quibus pericia certaminum & uictorie summa co  
sistit discipline ordine custodito & intelligerent ce  
lerius & amplius adiuuarent. Exercitus dicitur tam  
legionum q̄ etiam auxiliorum necnon etiam equitum  
ad gerendum bellum multitudo collecta. hic modus  
a magistris requiritur armorum. Nam cum xersis &  
darius & mitridatis ceterorumq: regum qui innumera  
biles armauerunt populos exempla relegantur euide  
ter apparet nimium copiosos exercitus magis propria  
multitudine q̄ hostium uirtute depressos. ¶ Nam  
cum pluribus casibus subiacet amplior multitudo in  
itineribus pro mole sua semper est tardior. In longio  
re autem agmine etiam a paucis superuentum affolet  
pati. In locis autem asperis uel fluminibus transeun  
dis propter impedimentorum moras sepe decipitur.  
Præterea ingenti labore in numerosis animalibus  
equisq: pabula colliguntur. Rei quoq: frumetarie

difficultas

difficultas que in omni expeditione uitanda e cito  
 maiores fatigat exercitus. Nam quantolibet studio  
 preparetur annona tanto maturius deficit quanto  
 pluribus erogatur. A qua deniq: ipa minime multitu-  
 dini aliquando uix sufficit qd si casu acies uerterit  
 terqum necesse est multos cadere de multis & illos  
 qui affugerint ut semel territos postea formidare  
 conflictum: ueteres autem qui remedia difficultatu  
 experimentis didicerant non tam numerosos q̄ eru-  
 ditos armis exercitus habere uoluerunt. Itaq: in leui-  
 oribus bellis unam legionem mixtis auxilijs hoc e  
 .x. milia peditum & duo milia equitum crediderut  
 posse sufficere quam manum pretores uelut miore  
 duces ad expeditionem sepe ducebant qd si magne  
 hostium copie ducerentur consularis potestas cum  
 uiginti milibus peditum & quatuor milibus equitu  
 tamq̄ comes maior mittebatur. Q̄ si infinita multi-  
 tudo ex gentibus ferocissimis rebellasset tunc nimia  
 necessitate cogente duo duces & duo mittebantur  
 exercitus cum huioi precepto ut duo p̄ consules  
 provideant ne quid res publica detrimenti capiat  
 Deniq: cum diuersis regionibus contra diuersos  
 hostes a populo romano annis prope omnibus pug-  
 naretur io sufficiebant militum copie quia utilius  
 iudicabant non tam grandes exercitus habere q̄.

instructos illa tamen ratione seruata ut nunquam  
amplior multitudo fortiorum auxiliorum esset in castris  
quam cuius Romanorum

**Quemadmodum sanitas gubernetur. Capitulum .ij.**

Nunc quam maxime prouidendum est quemadmodum  
sanitas custodiatur exercitus admonebo hoc  
est locis aquis tempore medicina & exercitio. ¶ Lo-  
cis ne in pestilenti regione iuxta morbosas paludes  
ne aridis & sine opacitate <sup>in clausis ad. p. nora.</sup> arborum campis aut  
collibus ne sine tentorijs estate milites comoretur  
ne egressi tardius calore solis & fatigatione itine-  
ris contrahant morbum sed potius in estate ante  
lucem cepto itinere ad destinata perueniant ne  
seua yeme iter per niues aut pruinas noctibus fa-  
ciant aut lignorum paciantur inopiam aut mi-  
norum illuc uestium suppetat copia nec sanitati  
enim nec expeditioni idoneus miles est qui ege co-  
pellitur ne perniciosis uel paludosis aquis utatur  
exercitus. Nam male aque potus ueneno similis  
pestilentiam bibentibus generat iam uero casus  
egri contubernalis oportunis cibis reficiantur ac  
medicorum arte utantur ut curentur principiorum  
tribunorumque & ipis coitis qui maiorem sustinet  
potestatem uigi queritur diligentia male enim cum  
hys agitur quibus necitas etiam belli incumbit

morbi. Sed rei militaris periti plus cotidiana armorum exercitia ad sanitatem militum prodesse putauerunt quam medicos. Itaque pedites sine intermissione ymbribo uel niuibus sub tecto reliquis diebus exerceri in campo uoluerunt. Similiter equites non solum in planis sed etiam iruptis & fossarum hyatu difficilimus semitis seque & equos suos assidue exercere iusserunt ut nichil hys in necessitate prely accidere possit incognitum. Ex quo intelligitur tanto studiosius armorum arte docendus sit semper exercitus cum ei laboris consuetudo in castris sanitatem & in conflictu possit prestare uictoriam. Si autem in ualida uel estiuo tempore diucius in eisdem locis militum multitudo consistat ex contagione aquarum & odoris ipsius feditate uiciatis haustibus & aere corrupto putiosissimus nascitur morbus qui prohiberi non potest aliter nisi frequenti mutatione castrorum.

*Quanta cura prouidenda atque seruanda sunt pabula*

*Ordo postulat ut frumenta. Capitulum. iij.*

*ut de commeanis pabulo frumentisque*

dicamus. Sepius enim penuria quam pugna consumit exercitum & ferro seuior famis est. Deinde reliquis casibus potest in tempore subueniri pabulum etiam & annona in necessitate remedium non habent nisi ante condatur. In omni expeditione unum

*pabulum i el pasto de best  
sin grano*

ē maximum telum ut tibi sufficiant uictus & hostes  
inopia frangat. an igitur quam inchoetur bellum  
de copijs expensisq: fiat procuratio quia solers debet  
ē tractatus ut pabula frumentum cetereq: anona  
re spes quas a prouincialibus consuetudo deposcit  
matuturi<sup>9</sup> exigantur & in oportunis ac munitissis  
locis ad rem regendum amplior semper modus qui  
sufficit aggregetur qd si tributa deficient prorogato  
auro comparanda sunt omnia. Neq: enim diuiciaru  
secura possessio ē nisi armorum defensione seruetur  
frequenter enim necessitas geminatur & obsidio se-  
pe fit longior quam putatur. Cum aduersarij etia  
ipi esurientes circum sedere non desinant quos fa-  
me sperant esse uincendos. // Preterea quicquid i  
pecore uel in quacumq: fruge iunoq: hosti inferens  
bellum ad uictum suum poterit occupare non solum  
admonitis per edicta possessoribus sed etiam coactis  
p electos scrutatores ad castella ydonea armatoru  
presidijs firmata uel ad tucissimas conferendum ē  
ciuitates. virgendiq: prouintiales ut ante irruptione  
seq: & sua membris condant. Reparatio etiam muro-  
rum tormentorumq: om̄ an curenda ē: nam si semt  
hostes preuenerit occupatis metu uniuersa turban-  
tur & que ex alijs urbibus petenda sunt interclusis  
itmeribus denegantur. Sed fidelibus horreorum



custodia & erogatio moderata consuevit comitti pro  
 copia maxie si ab initio procurretur. Ceterum sera psi  
 monia e tunc seruare cum res quasi deficit inde ex  
 peditionibus arduis per capita magis militum q̄ p  
 dignitates ab antiquis prebebantur annone ita ut  
 post necessitatem eisdem a re publica redderentur.  
 yeme lignorum & pabuli estate uitanda necessitas  
 difficultas frumenti uerum & aceti uel uini nerno  
 salis omni tempore e declinenda. ita ut urbes atq;  
 castella ab hys militibus qui minus prumpti iueni  
 untur in acie armis sagittis fustibalis fundis etia  
 & saxis onagris balistisq; defendantur. precipueq;  
 iutetur ne aduersariorum dolo atq; puitrys decipiat  
 prouintiarum incauta simplicitas. frequentius eni  
 comertiorum pacisq; simulatio credulas plus quam  
 arma nocuerunt. Qua ratione fame collecti paciunt  
 hostes dispersi uero crebris superuentibus facile ui  
 cuntur. *Quemadmodum prouidere oportet ne mi*

**I**nterdum lites seditionem faciant. *Cap. iij.*

mouet tumultum ex aduersis locis collect  
 exercitus & cum pugnare nolit ita se simulat  
 ut non ducatur ad bellum. Quod hij precipue faciunt  
 qui in sedibus ociose delicateq; uixerunt nam aspi  
 rate insoliti laboris offensi quem t̄ expeditione ne  
 cesse est sustinere. Preterea metuunt prelium qui

tumultus, ut, et bellis  
 y alio modo

expeditionis et apud  
 royafonada de qu

armorum exercitia declinarunt cum ad huius præci-  
pitantur audaciam. Cui uulneri multiplex medicina  
assuevit apponi quia dum adhuc seperti sunt & a  
sedibus suis remoti tribunorum uel uiciorum  
necnon & principum ad omnem disciplinam artis-  
sima seueritate teneantur ut nichil aliud nisi de-  
uotionem moderationemq; custodiant campi cur-  
sores ut ipsi appellant inspectores armorum assi-  
due faciant nullis com meatibus uacent nomen  
& signa obseruare non desinant: ad sagittas iacen-  
das ad missilia dirigenda ad iactandos lapides  
uel funda uel manu ad armature gestum ad uec-  
tes pro similitudine gladiatorum puctim cesimq;  
feriendo multo die usq; ad sudorem sunt freque-  
tissime detinendi. Cursui etiam & saltui ad tran-  
siliendas fossas nichilominus imbuendi seu cum  
mare seu fluminis uicinus est sedibus estiuo tem-  
pore ad natandum cogendi sunt omnes. Præterea  
siluam cedere. Item domos & abrupta facere ma-  
teriam dolare aperire fossam occupare locum ne  
a contubernalibus detrudantur & scutis uicem  
obuiantibus niti. Item exercitati & eruditi in se-  
dibus milites siue illi legionarij siue auxiliares  
siue equites fuerint cum ad expeditionem ex di-  
uersis conuenerint uerius emulatione uirtutis p

lium magis necesse habent optare q̄ ocium. Nemo  
teritat de tumultu qui fiduciam de arte uel uirib  
habuerit.

**D**ux autem ee debet accentus ut  
in omnibus legionibus siue auxilijs uel uexillatio  
nibus a tribunis uicarijs principibusq: si qui tur  
bulenti uel ociosi sunt milites non pro inuidia  
suggentium sed pro rerum uarietate cognoscat  
eosq: prudentiori cosilio segregatos a castris  
ad agendum aliquod q̄ ipis prope uideatur op  
tabile aut ad castella urbes q: deputet munedas  
atq: seruandas tantaq: subtilitate hoc facere stu  
deat ut cum abiciuntur uideantur electi. Nūqua  
enim ad tantam cōtumaciam pari consensu mul  
tudo prorumpit sed uiciatur a paucis qui uicior  
scelerumq: ipunitate sperant peccare cum pluri  
mus. **Q** si fieri medicina necessitas extrema p̄ sua  
serit rectius more maiorū auctores criminum pu  
niat ut ad omnes metus ad paucos pena pueniat  
Laudabiliores tamen duces sunt illi quorum  
exercitus ad modestam labore exercitio atq: usu  
instruitur q̄ illi quorum milites ad obedientia  
suppliciorum formido compellit. *Signorum  
militarium quanta sunt genera. Cap. v.*

**M**ulta quidem sunt discenda atq: obserua  
da pugnantis si quidem nulla sit negli

gentie uenia ubi de salute certatur. Sed inter reliq̄  
nichil magis ad uictoriam proficit q̄ monitis obtem-  
perare signorum: nam cum uoce sola inter prelior̄  
tumultus regi multitudo non possit & pro neccitate  
rer̄ plura ex tempore iubenda atq; facienda sint anti-  
quus oim̄ usus gentium inuenit quem solus dux utile-  
iudicasset per signa totus agnosceret & sequeretur  
exercitus. Tria itaq; genera constat ee signorum  
uocalia, semiuocalia, muta, quorum uocalia & se-  
miuocalia percipiuntur auribus, muta uero referunt̄  
ad oculos. || Vocalia dicuntur que humana uoce  
pronuntiantur sicut in uigilijs uel in prelio pro sig-  
no dicitur ut puta uictoria palma uirtus ds nobiscum  
triumphus imperatoris & alia quecumq; uoluerit  
dare hijs qui in exercitu habent ptatem. Sciendum  
en̄ est ista uocabula cotidie debere uariari ne ex  
usu signum hostes agnoscant & explorantes inter  
nros seruentu impune. || Semiuocabula sunt q̄  
p̄ tubam aut cornu aut buccinam dantur. Tuba que  
directa ē appellatur buccina que in semet ereo cir-  
culo flectitur. Cornu qd̄ ex uris agrestibus arge-  
to nexum temperato arte spuq; canentis flatus e-  
mittit auditum. nam indubitanter p̄ hunc sonu  
agnoscit exercitus utrum stare uel progredi an certe  
regredi oporteat utrum longe prosequi fugientes

an receptui canere. Muta enim signa sunt aquile  
 dracones uexilla flammales penne. Quocumq; enim  
 hoc fieri iusserit ductor necesse est signo suo comita  
 tes milites pergant. Sunt & alia multa signa que  
 dux belli in equis aut in indumentis & in ipsis ar  
 mis ne noscatur ab hostibus precipit custodire. Pre  
 terea manuali uel flagello more barbarico uel cer  
 ta nota que utitur ueste significat que omnia  
 in sedibus in itineribus & in omni exercitatione  
 castrensi uniuersi milites & sequi & intelligere  
 consuescant. Continuis enim usus necessarius ui  
 detur in pace ei rei que in prely contuissione ser  
 uanda sit. Item mutum & commune signum est  
 quociens tuba proficiscente excitatus puluis ad  
 similitudinem nubium surgit hostiumq; proclit  
 aduentum. similiter si diuerse sint copie p nocte  
 flammis p diem fumo signatur exercitus qd aliter  
 non pot nuntiari aliqti in castellorum aut urbiu  
 turribus appendunt trabes quandoq; uela tendunt  
 quibus aliquando erectis aliquando depositis  
 indicant que geruntur. *Quanta sit seruanda  
 cautela cum vicinis hostibus mouetur exercitus*

**Q**ui rem militarem *Capitulum .viij.*

studiosius didicerunt asserunt plura in  
 itineribus q̄ in ipa acie solere contingere; nam pericula

in conflictu armati sunt om̄s & hostem quomin⁹  
uident ad pugnandum om̄s animo ueniunt pre-  
parati. In itinere minus armati minusq: atte-  
tus ē miles & superueniente impetu uel fraude  
repente turbatur: ideo om̄i cura om̄iq: diligentia  
prouidere dux debet, ne proficiscens paciatur in-  
cursum uel facile sine dampno repellat illatum  
primum itinera om̄i regionum in quibus bellū  
geritur plenissime debet habere prescripta, ita ut  
locorum interualla non solum passuum numero  
sed etiam uiarum qualitates p̄discat p̄ copendia  
diuerticula montes flumina ad fidem descripta  
consideret usq: eo ut solertiores duces itinera pro-  
uinciarum i quibus necessitas gerebatur nō tm̄  
annotata sed etiam picta habuisse firmentur,  
ut non solum consilium mentis uerum aspectu  
oculorum uiam profecturus elegerit ad hoc a  
prudenteribus & honoratis & locorū gnaris se-  
paratim debet uniuersa p̄quirere & ueritatem  
colligere de pluribus & duces ydoneos scientes  
capere eosq: custodie mancipare addita pene oste-  
tatione uel premij. Erunt enim utiles cum itelli-  
gant nec fugiendi sibi copiam superesse & fidei  
premiū ac p̄fidie parata supplicia prouidendu  
quoq: ut sapientes exercitatiq: querantur ne duor

aut truum error discrimen pariat uniuersis. Interdum  
 autem imperita rusticitas plura promittit & credit  
 se scire que nescit. Sed cautele caput e ne ea loca p que  
 uel quibus itineribus sit profecturus & certitus igneret  
 Tutissima namq: expeditio creditur facienda ab hosti  
 bus nesciri ob hoc ueteres innotauri signum i legioni  
 bus habuerunt ut quemadmodum ille in intimo  
 & secretissimo laborito additus phibetur ita ducis  
 consilium semper debet ee occultum. Secutum iter  
 agitur qd agendum hostes minime suspicantur. Ver  
 quia exploratores altrinsecus missi profectionem ex  
 ercitus suspicionibus uel oculis deprehendunt & inter  
 dum transfuge proditores non desunt quemadmo  
 dum occurrere ingruentibus debeat intimetur dux  
 cum agmine exercitus profecturus fidelissimos ar  
 gutissimos cum equis prumptissimis mittat qui loca  
 per que iter faciendum e in progressu & a tergo dex  
 tra leuaq: perlustret ne aliquas aduersary moliant  
 insidias. Tuci enim explorantur exploratores noctibo  
 q diebus nam quodammodo ipe sui proditor inuenit  
 speculator si fuit ab aduersarys comprehensus. Primu  
 ergo equites iter arripiant: deinde pedites impe di  
 menta accipiant signary calones uehicula in medio  
 militum & peditum collocentur ita ut expedita pars  
 equitum & peditum subsequatur nam ambulanti

quidem a fronte sed frequentius a tergo superuentus  
infertur. A lateribus quoque pari armatorum manu im-  
pedimenta claudenda sunt: nam insidiatores semper  
in aliquo loco impulsant transuersos & frequenter  
incurfant. Illud tamen precipue seruandum est ut ea pars  
ad quam hostis uenturus creditur oppositis letissis  
equitibus & leui armatura necnon etiam peditibus  
sagittarijs munitur. Quod si undique circumfundantur  
inimici undique debent preparata subsidia esse: ne uero  
repentinus tumultus noceat amplius ante comouen-  
di sunt milites ut parati sint ac ut arma in manibus  
habeant ne necessitate subita conterantur prouisa  
non solent esse formidini. Antiqui diligentissime pro-  
cauebant ne galeonibus interdum uulneratis inter-  
dum timentibus & signarijs clamore pauefactis pug-  
nantes milites turbarentur ne dispersi longius aut  
conglobati amplius quam expediat impedirent suos hosti-  
bus quoque prodesse. & ideo ad exemplum militum  
etiam impedimenta sub quibusdam signis ordina-  
da duxerunt. Denique ex ipsis galeonibus quos ga-  
learios uocant ydoneos ac peritos usu legebant.  
quos non amplius quam ducentis signarijs puerisque  
preficerent hisque uexilla dabant ut scirent ad que  
signa deberent impedimenta colligere. Si propug-  
natores ab impedimentis laxamento aliquo diuidantur



ne constipati ledant<sup>r</sup> in prelio ambulante exercitu  
 ut locorum uarietas euenit ita defensionis ratio  
 uariatur nam in campis patentibus equites magis  
 solent pugnare quam pedites. At uero locis sil-  
 uestribus uel montuosis siue palustribus pedestres  
 magis formidande sunt copie. Illud quoq: uitan-  
 dum ne per negligentiam alys festinantibus alys  
 tardius incedentibus interrumpantur acies ut  
 certe tenuentur. Continuo enim hostes interpolata  
 puadunt. Premouendi ergo sunt exercitatissimi  
 campi ductores uicary uel tribuni ut alacriores  
 retardant & pinguiore uel pinguis incidentes  
 accelerare compellant nam qui multum precesse-  
 runt superuentu facto non tam redire q̄ fugere  
 cupiunt qui uero exterim sunt deserti a suis i hostiu  
 propria desperatione superantur. Sciendum etia  
 q̄ aduersary in hys locis que sibi oportuna itelli-  
 gunt subsessas occultis collocant uel apto mar-  
 te impetum faciunt Sed ne secreta noceant ducis  
 prestat industria que omnia prius conuenit explo-  
 rare. deprehensa uero subsessa si circumueniatur  
 utiliter plus periculi sustinet q̄ parabat inferre  
 aperta autem uis si preparatur in montibus alao-  
 ra loca premissis sunt presidys occupanda ut  
 hostis cum aduenerit reperatur inferior nec au-

deat obuiare cum tam a fronte q̄ & supra caput sui  
cernat armatos, q̄ si anguste sunt uie ac in tute  
melius ē precedere milites cum securibus ac dolatrys  
& cum laboribus uias aperire q̄ in optimo itinere pe-  
riculum sustinere. Preterea noscere debemus hostiu  
consuetudinem utrum in nocte an incipiente die  
lassis superuenire consueuerint & id euitare q̄  
illos facturos putamus ex more. Jam uero utrum  
pedibus an equitibus utrum contis an sagittarijs  
amplius ualeant utrum numero hoim an armator  
munitione precellant scire nos conuenit & ordi-  
nare q̄ nobis utile illis docetur aduersum. Tracta-  
re quoq; per diem an per noctem iter expediat  
inchoari quanta locorum interualla sint ad q̄  
cupimus peruenire ne estate aque penuria obsit e-  
untibus ne yeme difficiles aut in uie occurrant  
paludes maioresq; torrentes & impedito itinere  
circuueniatur exercitus anq̄ ad destmata p̄ueiat  
ut nra comoditas ē sapienter ista uitare ita ut  
si aduersariorum imperitia uel dissimulatio no-  
bis occasionem dederit non oportet omitti sed  
explorare solcite proditores uel transfugas mutare  
ut q̄d hostis moliat in presenti uel in futuro  
possimus agnoscere paratis militibus ac leui arma-  
tura ambulantes eos cum pabula uictumq; que

rentes improviso terrore decipere. *Quemadmodum  
flumina que maiora sunt transeant<sup>ur</sup>. C. viij.*

In transitu fluuiorum grauis molestia negli-  
gentibus frequenter emergit nam si aqua  
uiolentior fuerit aut alueus latior impedimenta  
pueros & ipsos interdum ignauiores solet mergere  
bellatores. Ergo explorato uato due acies equitum  
electis animalibus ordinantur interuallis compe-  
tentibus separate ut per medium pedites & impedi-  
menta transeant. nam acies superior aquarum im-  
petum frangit inferior qui rapti submersiq: fue-  
rint colligit atq: transponit: at cum altior fluct<sup>us</sup>  
fuerit nec peditem nec equitem patitur si per plina  
decurrat ductis multifarie spargitur fossis diuisusq:  
facile transitur nauigeri uero amnes hastilibus fi-  
xis ac superpositis tabulatis paruifiunt uel certe tu-  
multuario opere coalligatis nauibus puppis additisq:  
trabibus transitum prebent expediti uero equites fas-  
ces de canis aridis uel ulua facere consueuerunt  
super quibus lorica & arma euidenter imponunt  
ipi equi qui natando transeunt colligatosq: secu  
fasces pertrahunt socios / Sed comodius repertum est  
ut monoxillos hoc e paulo laciores scafulas ex sin-  
gulis trabibus excauatas pro genere ligni & subti-  
litate leuissima carpentis secum portet exercitus

qd sit monoxilon

tabulatis pariter & clauis ferreis preparatis itaq: absq:  
mora constructus pons ex funibus qui propterea  
habendi sunt ut hys inuictus lapide arcus solidi  
tatem prestat pro tempore festinanter aduersary  
ad transitus fluminum insidias uel superuentus  
facere consueuerunt ob quam necessitatem in utraq:  
ripa collocentur armata subsidia ne alueo interue  
niente diuisi opprimantur ab hostibus. Caucus  
m̄ est sudes ex utraq; parte prefigere ac sine detri  
mento si qua uis illata fuerit sustinere. Q; si pons  
non tantum ad transitum sed etiam ad recursum  
& comeatum necessarius fuerit tunc etiam utroq:  
capite pactis latioribus fossis aggereq; constructo  
defensores milites debet accipere a quibus tam  
diu teneatur quamdiu locorum necessitas postulat  
*Quemadmodum castra debeant ordinari Capitu*

*lum. viij.*  
Consequens uidetur *l. i. iudic.*  
itineris obseruatione descripta ad castra  
in quibus manendum e uenire *l. i. iudic.* ratione. Non eni  
belli tempore ad statuta mansionem ciuitas mu  
rata semper occurrit & incautum e plerumq;  
discriminis exitum passim sine aliqua munitoe  
confidere cum militibus ad capiendum cibum  
occupatis ad *officia militaria* munera dispersis facile uectantur  
insidie: postremo noctis obscuritas necessitas

sompnijs pascentium equorum dispsio occasione sup  
 uenientibus prestat. In metandis castris non suf  
 ficit locum bonum eligere nisi talis sit ut alter eo  
 melior non possit inueniri ne utilior pretermisus  
 a nobis & ab aduersarijs occupatus apporet in  
 commodum. Cauendum e quoq: ne p estate aut  
 morbosa in proximo aut salubris aqua sit longius  
 hyeme ue pabulatio desit aut lignum ne subitis  
 tempestatibus campus in quo manendum e so  
 leat inundari ne sit in abruptis aut deuys ut cir  
 cumsidentibus aduersarijs difficilis preparetur  
 egressus ne ex superioribus locis missa ab hostibo  
 in eum tela pueniant. Quibus caute studiose q:  
 prouisus pronecessitate loci uel quadrata uel rotu  
 da uel trigona uel oblonga castra constitues nec  
 utilitati preiudicat forma tamen pulchriora cre  
 duntur quibus ultra latitudinis spacium tercia  
 pars longitudinis additur ita ut ab agrinessoribo  
 mensuram colligi oportet ut ad quantitate con  
 cludatur exercitus. nam propugnatores angustia  
 constipant & ultra q̄ conuenit faciora diffundit  
 Tribus autem modis efficiunt fossas Primum  
 in unius noctis transitu & itineris occupatione  
 leuiorem cum sublatis cespites ordinantur &  
 agge; faciunt. Supra quem ualli hoc est sudes

ad tribuli lignei per ordinem diriguntur. Cespis  
autem circumciditur ferramentis qui herbarum  
radicibus continent terram fit altus & pedem se-  
mis q̄ si terra solutior fuerit ut ad similitudine  
lateris cespes non possit abscondi tunc opere tumul-  
tario fossa p̄ducitur lata pedes .v. alta tres. cui in-  
transsecus agger excrescit ut sine metu securus re-  
quiescat exercitus. Statua autem castra estate  
uel hyeme uacuo hoste maiore cura ac labore  
firmantur: nam singule centurie diuidentibus  
campi ductoribus & principibus ac dispositis cincti  
gladio fossam aperuunt latam aut xi. aut .xij.  
pedibus uel si maior aduersariorum uis metuit  
pedibus .xv. In pare enim numerum obseruari  
moris ē tum sepibus ductis ul interpositis stipibus  
ramisq; arborum ne terra facile dilabatur. Agger  
est igitur supra quem ad similitudinem muri &  
pinne & propugnacula componuntur hoc opus ce-  
turiones x. pedes mecuuntur ne si minus foderit  
atq; errauerit alicuius ignauia & tribuni circueant  
nec ante discedant qui strenui sunt q̄ fuerint  
uniuersa p̄fecta ne t̄n aliquis supuentus labora-  
tibus fiat omnes equites & pars peditum que  
non operatur priuilegio dignitatis ante fossam  
in procinctu armata consistat ut iugruentes re-

pellat inimicos. Prima igitur locis suis signa inter castra ponuntur quia nichil e uenerabilius eorum maestate militibus. Deinde preparatur deinde tribus tabernacula collocantur quibus p contubernales deputatis ad munera aqua lignum & pabula ministrantur. Tunc pro gradu legiombus & auxilijs & equitibus & peditibus loca in quibus papiliones tendant deputantur in castris ac de singulis centurijs quaterni equites & quaterni pedites excubium noctibus faciunt. Et quia impossibile uidebatur in speculis iugilantes singulos pmanere. Ideo in. iij. ptes ad desiden sunt diuise iugilie ut non amplius q̄ tribus horis noctis necesse sit uigilare. a tubicine oms iugilie comittantur & finitis horis a cornicine reuocantur. ydoneos in tribuni & probatissimos eligunt qui circueant iugilias & renuncient si qua emerferit culpa quos circuitores appellabant nunc militie facti e gradus & circuitores uocantur. Sciendum in est milites extra uallum nocturnas iugilias facere debere per diem autem castris positus alij mane alij post meridiem propter fatigationem hominum equorumq: angarias faciunt. Inter precipua conuenit ducem prouidere siue in castis siue in ciuitate consistat ut animalium pascua

subuectio frumenti ceterarumq: specierum aquatio  
lignatio pabulatio secuta ab hostium reddatur  
incurfu / qd aliter non pot euenire nisi p loca ydo  
nea quo nrorū ambulat comeatus presidia dispo  
nantur siue ille ciuitates sint siue castella mui  
ta qd si non reperitur antiqua munitio oportius  
locis circumdata maioribus fossis tumultuaria  
castella firmentur: nam a castris diminuto uo  
cabulo sunt nūcupata castella intra que i anga  
rys aliquanti pedites equitesq: degentes tutū  
iter commeantibus prestant difficile enim est  
ut hostis ad ea loca audet accedere in quibus  
a tergo & a fronte nouerit aduersarios commo  
rari. *Que & quanta consideranda sunt ut intelli  
gatur utrum ex superueientibus insidijs an ex pu  
blico debeat Marte conflagri. Capm. 17.*

Si quis hos artis bellice commentarios ex  
probatissimis auctoribus breuiatos lege  
re conabitur q̄ primum idem prelij pugnandiq:  
precepta percipiet auditu. Sed conflictus publicus Catal.  
duarum aut trium horarum certamine diffini  
tur: postq̄ partis eius que separata fuerit spes ois  
intercidit ideo omnia ante cogitanda q̄ tempta  
da sunt & ante facienda sunt q̄ ultimum uenit  
abruptum. Boni enim duces non aperto prelio

in quo dicitur



11

in quo e commune periculum sed ex occulto semp  
attemptant ut integris suis quantum possunt hos  
tes interminat uel fortiter terreant. In qua pte que  
necessaria sunt ad modum & ab antiquis repta  
perscribam. precipua ars & utilitas ducis est  
ut adhibitis ex uniuerso exercitu scientibus bella  
& sapientibus uiris cum quibus de suis & hostiu  
copys sepius tractet. omniaq. plurimum notet  
adulatione submota utrum maiorem numerum  
bellatorum ipse an hostes habeat utrum ipius an  
aduersariorum homines magis armati sunt &  
muniti qui magis exercitati sint aut in necessi  
tatibus fortiores. Querendum e etiam an utraq.  
pars equites utra pedites habeat meliores. Scie  
dum quoq. in peditibus maximum consistere ro  
bur exercitus & inter ipos equites qui contatis  
qui sagittarijs antecedant quis plures loricas  
induat quis utiliores equos adduxerit postre  
mo loca ipa in quibus pugnandum est utrum u  
nicis aut nobis uideantur accomoda: nam si e  
quitatu gaudeamus campos debemus optare  
si pedites loca eligere angusta fossis paludibus  
uel arboribus impedita uel aliquotiens montuo  
sa cui magis uictu habundet aut desit. Nam  
fames ut dicitur intrinsecus pugnat & uincit

sepius q̄ ferrum extrinsecus maxime autem tracta-  
dum ē utrum expediat necessitatem protrahi an  
celerius adimi. Interdum enim sperat aduersarius  
expeditionem cito posse finiri & si dilata fuerit in  
longum aut penuria maceratur aut desiderio suos  
reuocatur ad propria uel nichil magnum faciens  
p̄ desperationem abire compellitur. tunc fracti la-  
bore ac tedio plurimi deserunt aliquanti se produit  
aliquanti se tradunt quia aduersis rebus rarior  
fides ē & enudari incipit qui copiosus aduenerat  
ad rem pertinet qualis ipse aduersarius uel eius co-  
mites obtimates sint nosce etiam utrum temera-  
ry an cauti audaces an timidi an scientes artem  
bellicam ex usu an temere que fortes gentes an  
ignauae sint. Nra ergo auxilia cui fidei quareq;  
sint iurium quos animos illius copie quos habe-  
at noster exercitus & sperare credat haberi que  
pars sibi magis uictoriam repromittat: huic eni  
cogitationibus uirtus augetur aut frangitur  
desperantibus autem crescit audacia adhortatio-  
nem ducis & si nichil ipse timere uideatur crescit  
animus si ex insidijs uel occasione aliquid fortiter  
fecerit si hostibus aduersae res ceperint euenire  
si uel infirmiores aut minus armatos ex inimi-  
cis poterit superare. Cauendum enim ē ne dubi

42

tantem formidantemq: exercitum ad pugnam aliquam publicam producat. Interest etiam utrum tyrones an ueteranos milites habeas & utrum an breue tempus in expeditionibus fuerint an in armis p annos aliquos in pace durarint nam pro tyronibus accipiendi non sunt qui pugnare longo tempore desierunt. Sed cum legiones auxilia uel equites ex diuersis aduenerit locis dux optimus & separatim singulos numeros p tribunos electos quor. scitur industria ad omnia genera exercere debet armor. & post in unum collectos quasi de pugnantes in conflictu publico exercebit ipse sepius temptabit quid artis quid uirum possit habere. Quemadmodum sib ipsi consentiant utrum ad tubarum monita ad signorum iudicia ad precepta uel natum suum diligenter obtemperent. Si errant in aliquibus exerceantur atq: doceantur quamdiu possint esse perfecti. Si uero i campi cursione etiam sagittando in iaculando in ordinanda acie ad plenum fuerint eruditi nec quidem temere sed occasione capta ad publica ducendi sunt pugnam sed ante minoribus preliis inbuendi. Dux itaq: uigilans sobrius tamq: prudens de cuius causa inter partes iudicaturus adhibito consilio uidelicet de suis & aduersarij

copijs & si multis rebus superior inuenitur oportunitatem  
sibi non differat inire conflictum. Si uero aduersarios  
intelliget exitum potiore certamen publicum uictoriam  
nam pauciores numero & inferiores uiribus superue-  
tus & insidias facientes sub bonis ducibus reporta-  
uerunt sepe uictoriam.

*Quid oporteat fieri si dissuetum ad pugnam ex-  
ercitum habeat & tyronem. Captm. x.*

Omnes artes omniaq; opera cotidiano usu &  
iugi exercitatione proficiunt qd si in p[er]p[etuum]  
uerum est quanto magis decet etiam in maximis  
custodiri quis autem dubitet artem bellicam rebo  
omnibus esse potiorē p[er] quam libertas retinetur  
dignitas <sup>sustine</sup> propagatur & prouintie seruetur impe-  
rium. hanc quodam relictis doctrinis omnibus  
lacedemonij & postea romani coluerunt hanc so-  
lam hodieq; barbari putant esse seruandam. Cete-  
ra autem in hac arte consistere omnia aut p[er] hac  
assequi se posse confidunt hec dimicatoribus est  
necessaria p[er] quam uitam retineant & uictoriam  
consequantur. Dux ergo cui tante p[er]tatis insignia  
tribuuntur cui fidei atq; uirtuti possessorium for-  
tune tutela urbium salus militum & rei publice  
creditur gloria non tantum pro uniuerso exercitu  
sed etiam pro singulis contubernalibus debet esse

sollicitus. Si quid enim illis mali eueniat in bello etiam  
 ipius ducis culpa & publica uideatur inuictoria. Ergo  
 si tyrones aut diu armis disuuetum exercitum du-  
 cis singularium legionum uexillationum uires aios  
 & consuetudinem diligenter exploret. Sciat etiam  
 si pot fieri nominatum quis comes quis tribunus  
 quis domesticus quis contubernalis quantum pos-  
 sit in bello auctoritatem seueritatemque maximam  
 sumat omnes culpas militares legibus uindictet  
 nulli errantium credatur ignoscere in diuersis locis  
 in diuersis occasionibus omnium experimenta per-  
 cipiat. hys ut oportet curatis cum dispersi ad pre-  
 dandum securi oberant hostes tunc probatos equi-  
 tes siue pedites cum tironibus aut inferioribus  
 mittat ut ex contione fuis inimicis & illis perita  
 & reliquis crescat audacia ad transitus fluuioꝝ  
 ad precipicia montium ad siluarum angustias ad  
 paludum aut uarum difficultatem superuentus  
 nullo sciente disponat atque ita iter suum temperet  
 ut cibum capientes aut dormientes aut uacantes  
 certe securos inermes discalciatos distractis equis  
 nichil suspicantes ipse paratus inuadat quatinus  
 in huius certaminibus sui fiduciam colligant. Nam  
 qui ante longum tempus aut omnino nunquam uide-  
 runt homines uulnerari uel occidi cum primum

aspexerint perhorrescunt & pauore confusi de fuga ma-  
gis q̄ de conflictu incipiunt cogitare. Preterea si ex-  
currant aduersary longo itinere fatigatos aggrediat<sup>ur</sup>  
& ultimos uel certe si sparsos inueniat eos etiam qui  
longe a suis aut pabuli aut prede gracia comorant<sup>ur</sup>  
subito & occupet cum delictis. Illa enim ante temp-  
tanda sunt que si male cesserint minus noceant si  
bene plurimum profunt. Inter hostes discordiarum  
scire causas sapientis est ducis: nulla enim quis mi-  
ma natio pot ab aduersarys perdeleri nisi propriys  
simulationibus se ipsa assumpserit. nam cuius odium  
ad inimicorum p̄niciem preceptus e & ad utilitatem  
sue defensionis incautum. vnum illud e in hoc ope  
predicendum ut nemo desperet fieri posse que facta  
sunt. Dicat aliquis multi anni sunt quibus nullus  
circundat exercitum fossa aggere uel uallo mansur.  
Respondebitur si fuisset ista cautela nichil nocturni  
aut diuturni superuentus hostium nocere potuisset  
Perse imitantes romanos ductis fossis castra con-  
stituunt & quia arenosa sunt prope omnia saccos  
quos inanes portauerant expuluerulenta que effo-  
ditur terra replent eorumq; cumulo aggerem faci-  
unt. Omnes barbari carris suis in orbem connexis  
ad similitudinem castrorum securas a superuenie-  
tibus exigunt noctes. Vtemur ne discere nequeam<sup>us</sup>

que a nobis alij didicerunt huius ex libris usq; discen-  
 da que antea a eruabantur. Sed omissa diu nemo  
 quesuit quia uigentibus pacis officijs procul aberat  
 necessitas belli. Sed ne impossibile uideatur repara-  
 ri posse disciplinam cuius usus intercidit deceam  
 exemplis. Apud ueteres ars militaris in obliuione  
 sepius uenit sed in libris reparata e postea ducum  
 aucte firmata. Scipio africanus cum ab alijs imp-  
 atoribus yspanenses exercitus frequenter uictos  
 accepit discipline regula custodita hos omni ope  
 fossisq; faciendis ita diligenter exercuit ut diceret  
 fodientes loca inquinari debere qui mandere hostiu  
 sanguinem uoluissent. Cum ipos deniq; numan-  
 tinos capta ciuitate sic concremauit ut nullus  
 euaderet. Metellus in africa albino imperante sub  
 iugatum accepit exercitum quem ita emendauit  
 ueteribus institutis ut postea eos a quibus sub iugu  
 missi fuerant superarent. A cimbris scipionis & mallij  
 legiones intra gallias delete sunt quarum reliquias  
 cum gaius mari' suscepisset ita eruditus e scientia  
 & arte pugnandi ut innumerabilem multitudinem  
 non solum cimbrorum sed etiam thetonum & ambro-  
 num publico Marte deleret. Facilius autem e ad uir-  
 tutem novos imbuere q̄ reuocare p̄territos:

*Que ipso die procuranda sunt cum publica co*

*mittitur pugna. Capitulum. xi.*

*Premissis leuioribus artibus belli ad pu<sup>ci</sup>  
conflictus incertum & fatalem diem natio  
nes & populos discipline militaris inuitat. nam i  
euentu aperti martis uictorie plenitudo consistit  
hoc tempore tanto magis duces debent esse solliciti  
quanto maior speratur dignitatibus gloria & ma  
ius periculum insurgat in ignauos in quo momento  
peritie usus pugnandi doctrina consiliumq; dnat<sup>ur</sup>  
ueteribus seculis mos fuit p<sup>uo</sup> cibo curatos milites  
ut non fatigarentur ad certamen educere ut auda  
tiores supra esca redderet & longiore conflictu no  
fatigarentur inedia preterea obseruandum e pre  
sentibus hostibus siue ex castris siue ex ciuitate  
perducas ad prelium ne dum p angusta portarum  
p<sup>er</sup>iculatim procedit exercitus collectis & paratis  
debiliter inimicis Ideoq; prouidendum e ut ante  
omnes milites egrediantur portas & acies constru  
ant anteq hostes adueniant. q<sup>o</sup> si intra ciuitatem  
manentibus paratus aduenerit aut differatur  
egressus aut certe dissimuletur ut cum aduersary  
insultare ceperint hos quos non putant exituros  
& cum ad predam aut ad redeundum conuerte  
rint aim & ordines soluerint tunc illis stupentibus  
electissimu quiq; prorumpant & confestim aggre*



45

diantur ignauos (obseruetur autem ne longo spatio  
fatigatum militem ne uel lassos post cursum equos  
ad publicum prelium cogas multum uirium labore  
ut meris pugnaturus amittit. Quid faciet qui ad  
aciem incautus aduentat hos aduentus & ueteres  
declinarunt & superiore etate cum nra cum ro  
mani duces per imperitiam non cauissent ne quid  
amplius dicam ipi exercitus perdididerunt alias  
didicerunt. Impar enim conditio e lassum cum re  
queto sudantem cum alacri currentem cum eo q  
steterit subire conflictum. *Inuestigandum quid sen  
tiant milites pugnaturi. C. xy.*

**I**psa die qua certaturi sunt milites dilige  
ter quid sentiant explora: nam fiducia ut  
formido ex uultu uerbis incessu motibusq: cernit  
nec confidas satis si tyro prelium cupit. Inexpis  
enim dulcis e pugna & noueris te oportere differ  
re si exercitati bellatores metuunt dimicare. Mo  
nitis tamen & adhortatione ducis exercitui uirtus  
accrescet & animus precipue si futuri certamus  
talem acceperint <sup>causam</sup> rationem qua sperent se facile  
ad uictoriam puenturos: tunc inimicorum igna  
uia uel error ostenditur uel si ante a nobis superati  
sunt commemorandum. Percunctande sunt etiam  
omnium militum mentes in odium aduersarioꝝ

ita ut in iram & indignationem moueantur Ani-  
mis pene omnium hominum hoc naturaliter euenit  
ut trepident cum ad conflictum hostium uenerit  
sine dubio formidolosiores sunt quorum mentes  
ipse confundit aspectus Sed hoc remedio formido  
lenitur si antequam dimices frequenter exercitum  
tuum locis tutioribus ordines unde & uidere hostem  
& cognoscere consuescant Interdum audeant aliquid  
& occasione aut fugiant aut interimant inimicos  
mores aduersarioꝝ arma & equos recognoscant  
nam que ex usu sunt non timentur. *Quæ admodum  
bonus locus eligatur ad pugnam. Capitulum .xiiij.*

Bonum ducem conuenit nosse magnam partem  
uictorie & ipsum locum in quo dimicandum  
est possidere elabora ergo ut cum securus manum  
primum auxilium capias ex loco qui tanto utilior  
iudicatur quanto superior fuerit occupatus. In sub-  
iectos enim uehementius tela descendunt & ma-  
iori impetu obtinentes pars altior pellit Qui ad-  
uerso nititur diuis duplex subit cum loco & hoste  
certamen sed illa distantia est quod si de peditibus tuis  
uictoriam speras contra equites hostium loca aspa-  
inequalia & montuosa debes eligere. Si uero de  
equitibus tuis contra aduersarij pedites uictoriam  
queris sequi debes paulo quidem latiora & leui-

tiora loca ~~atq;~~ plana atq; patentia neq; siluis neq; paludibus impedita. **Quemadmodum acies debeat ordinari ut in conflictu reddatur inuicta:—C. xuy**

*silua, & elocato lauro*

Ordinaturus aciem suam tria debet ante prospicere solem puluerem uentum: nam sol an faciem eripit uisum uentus contrarius tua reflectit & deprimit & hostium adiuuat tela puluis a fronte congestus oculos implet & claudit. hec omnia eo momento qn ordinatur acies non solum periti sed etiam imperiti uitare solent. Sed duci prouido cauendum e infuturum ne post paululum accedente die nocteat solis mutata conuersio ne uentus aduersus hora solita compugnante nascatur. Ita ergo constituunt ordines ut hij post occipitium nostrum sint & si pot fieri aduersariorum impetant faciem. Acies dicitur exercitus instructus, frons que aduersus hoste spectat. hec in pugna publica si sapienter disponit plurimum iuuat. Si imperite quauis optimi bellatores sint mala ordinatione franguntur. // Instructio lex e ut primo exercitati etiam ueteres milites collocentur quos antea principes uocabant. In scdo ordine curudati cotractis sagittary & optimi milites cum spiculis uel lanceis ordinentur quos pus astatos uocabant. Singuli autem ordinati in directum ternos pedes inter se occupare consueuerunt.

*acies de exercitu instructus.*

hocē in mille passibus mille sexcenti sexaginta  
sex pedes ordinantur in longum ita ut nec acies  
interluceat nec spacium sit arma tractandi. Inter  
ordinem ante & ordinem a tergo in latum sex pe-  
des distare uoluerunt ut pugnatores spacium  
accedendi atq: recedendi haberent uehementi  
enim cum saltu cursu q: tela mittuntur. In hys  
duobus ordinibus & etate maturi & usu confide-  
tes & muniti etiam grauioribus armis collocantur  
hy enim adinuicem muri nec cedere nec sequi ali-  
quando cogendi sunt ne ordines turbent. sed ue-  
mentes aduersarios excipere & stando pugnandoq:  
repellere uel fugare cogant. **T**ercius ordo dis-  
ponitur de armatis uelocissimis de sagittarijs u-  
uibus de bonis iaculatoribus quos antea fer-  
rentarios uocabant. **Q**uartus uidelicet ordo con-  
struitur de scutatis expeditissimis de sagittarijs  
uuioribus de hys qui alacriter se agunt uirtutis  
uel martiobarbolis quas plumbabas nominant  
demittant qui dicebantur leuis armatura // Sci-  
endum ergo e stantibus duobus primis ordinibus  
tercium & quartum ordines ad prouocandum  
cum missilibus & sagittis primo loco semper debet  
exire. Qui si hostes in fugam uertere potuerunt  
cum equitibus ipsi psecuntur, siue uero ab hostibus

propulsi fuerint redeunt ad primam uel secundam  
 aciem ad intus ipsa recipiunt se ad loca sua. Prima aut  
 & secunda acies cum ad hisbertas & pilam ut dicitur  
 uentum fuerit totum sustinet bellum. In quinta  
 acie ponebantur interdum carbaliste interdum  
 manu balistarij funditores uel fundibulatores qui  
 fustibalis lapides iaciunt. fustis est longus pedibus  
 quatuor cui per medium ligatur funda de corio  
 & utraq; manu impulsus prope ad instar onagri di  
 rigit saxa. funditores sunt qui fundis lino uel setis  
 factis pugnant. hos enim dicunt esse meliores cotorto  
 circa caput brachio dirigunt saxa. Quibus cum scuta  
 deerant siue lapidibus manu iactis siue missilibus

in hoc ordine dimicabant. **S**extus ordo post omnes  
 a firmis etiam scutatis & ab omni genere armorum  
 munitis bellatoribus tenebatur quos antiqui tria  
 rios appellabant. hi ut requieti & integri acriter  
 inuaderent hostes post ultimas acies sedere consue  
 uerat. Si quid & enim primis ordinibus accidisset  
 de eorum uiribus reparationis spes tota pendeat.

*Ratio podissimi quantum spacium in acie inter  
 singulos homines in longum inter singulos ordines in  
 latum debeat custodiri. Capitulum. xv.*

*N*unc podissimum mensuramque ipsius ordinis  
 exponam. In mille passibus campi una

*podissimos e dimensio  
 per pedum mensura*

acies mille sexcentos sexaginta sex suscipit pedites,  
propterea quod singuli pugnatore ternos occupant  
pedes; quod si sex acies in mille passibus campi uolueris  
ordinare nouem milia nonigenti nonaginta sex  
pedes sunt necessarij. Si autem in ternos ordines  
uolueris hunc numerum tendere duo milia passuum  
comprehendes sed melius est pauciores acies facere  
quam militem spergere. Igitur senos pedes a tergo inter  
singulas acies in latum duximus rite patere de-  
bere & ipsi bellatores stantes singulos obtinent pe-  
des. Ideoque si sex acies ordinaueris .xly. pedes in  
latum & mille in longum decem milium hominum  
tenebit exercitus. Si autem in terno uolueris acie  
tenuare .xxi. pedes in latum & duo milia passus  
in longum .x. milium hominum tenebit exercitus.  
Ad hanc ratione siue .xx. milia siue .xxx. milia  
peditum fuerint iuxta mensuram podissini sine  
aliqua dubitatione difficultatis poterunt ordi-  
nari nec dux fallitur cum sciat qui locus quantos  
capere possit armatos. Deinde si angustior locus  
sit uel multitudo sufficiat etiam in deno uel am-  
plius acies ordinari. Magis enim expedit ut con-  
ferti pugnent quam longius separati; nam si nimium  
fuerit acies tenuata cito ab aduersarijs acta impres-  
sione rumpitur & nullum postea potest esse remedium.

Qui autem numeri in dextro cornu qui in sinistro  
qui in medio debeant ordinari uel uix dignitates  
eorum seruantur ex more uel certe pro qualitate hosti-  
um committantur.

*De equitibus in acie ordinandis. Caplm. xvi.*

Constructa acie peditum equites ponuntur  
in cornibus ita ut loricati omnes & contati  
iuncti sint pedibus. Sagittarij autem uel qui loricas  
non habent longius euagentur a fortioribus naq;  
equitibus protegenda sunt latera a uelocioribus  
atq; expeditis hostium cornua inuadenda atq; tur-  
banda sunt. Scire dux debet contra quos druggos  
hoc est hostium globos quot sequentes equites op-  
porteat opponi: nam nescio qua occultatione  
imo pene diuina aliqui contra aliquos dimicant  
melius & qui fortiores uicerant ab inferioribus sepe  
uincuntur, qd si equites impares fuerint more  
ueterum uelocissimi cum scutis leuibus pedites  
ad hoc ipm exercitati hijsdem miscendi sunt quos  
expeditos melites nominabunt quo fco quamuis  
fortissimi equites hostium euenerint. Inde tamen  
aduersum mixtum agrum pares esse non possunt  
vnum hoc remedium omnes ueteres duces inuen-  
erunt ut assuescere facerent iuuenes currentes e-  
gregie & inter binos equites singulos ex hijs pe-

*cornua dicuntur utra-  
que pars exercitus.*

*druggos i. el dgu  
drom obatalla da  
madot*

dites collocarent cum leuioribus scutis gladijs atq:  
missilibus. *De subsidijs que post aciem ordinan-*  
*tur Caputulum. Xvj:—*

Sed optima ratio e & ad uictoriam plurimu  
confert ut letissimos de peditibus & equitibus  
cum uicarijs comitibus tribunisq; uacantibus habeat  
dux post aciem preparamos alios circa cornua alios  
circa medium ut sicubi hostes uehementer insistit  
ne rumpatur acies prouolent subito & suppleant lo-  
ca ad itaq; uirtute inimicorum audaciam frangat  
hoc primum lacones inuenerunt quos imitati sunt  
carthaginienses. Romani postea ubiq; seruauerunt  
hac dispositione nulla melior inuenitur nam directi  
acies hoc solum agere debet si pot ut hostem repellat  
aut fundat. Si cuneus sit agendus aut forfix sup  
fluos habere debes post aciem de quibus cuneum  
uel forficem facias aut si ducenda sit serra ex habu-  
dantibus ducitur. Si globus hostium separatus aut  
aliam tuam aut ptem aliquam urgere cepens nisi  
supfluos habeas quos contra globum possis opponere  
sue pedites sue equites de acie tuleris dum aliam  
aliam uis defendere aliam periculosius denudabis  
¶ si bellatorum tibi copia non habundet melius est  
aciem habere habere breuiorem dummodo in subsi-  
dijs colloces plurimos nam circa medias ptes campi



Contra.

expeditibus bene armatis debes habere electissimos de quibus cuneum facias & statim aciem hostium rumpas. cornua autem decontatis loricatorumque equitibus ad hoc reservatis & levi armatura peditum alias hostium & circumvenire te convenit

In quo loco primus dux stare debet. in quo secundus & in quo tertius. Captm. xvij.

Dux qui precipuam habet potestatem inter equites & pedites in parte dextra stare consuevit. hic est locus in quo tota acies gubernatur ex quo ruptus liberque est progressus ideo autem inter utrumque consistit ut & consilio regere & <sup>obligare</sup> auctoritate tam equites quam pedites ad pugnam possit hortari hic de equitibus super numerariis mixtis peditibus expeditis adversariorum sinistrum cornu quod contra ipsum stat circumire debet & a tergo semper urgere. Secundus dux in media acie ponitur peditum qui eam sustentet & firmet hic fortissimos pedites & bene armatos de illis superfluis secum habere debet ex quibus aut ipse cuneum faciat & hostium aciem rumpat aut si adversarii cuneum fecerint ipse forficem faciat ut cum eo illis possit occurrere in sinistra parte exercitus tertius dux debet esse satis bellicosus & providus quia sinistra pars difficilior est & uelut manta iacie

confistit. Idcirco circa se bonos equites super numerarios  
& uelocissimos pedites habere debent de quibus si  
instrum corna semper extendat ne circumueniatur  
ab hostibus. Clamor autem quem barritum uocant  
prius non debet attolli q̄ acies utraq: se uerserit. Im-  
perator enim ignauorū e uociferari de longe ut hostes  
magis tercantur si cum telorum ictu clamoris hor-  
ror accesserit. Semper autem studere debes ut prior  
instruas aciem ut ex arbitrio tuo possis facere quod  
tibi utile iudicas cum nullus obsistat. Deinde & tuus  
anges confidentiam & aduersarijs fiduciam minu-  
is quia fortiores uidentur qui prouocare non dubi-  
tant. Inimici autem incipiunt formidare qui uidet  
contra se acies ordinari. hinc additur maximum  
comodum quia tu instructus patusq: formidantem  
& trepidam aduersarium preoccupas pars enim uc-  
torie est inimicum turbare anteq̄ dimices. *Quot*  
*generibus pugna pu<sup>ca</sup> committat̄ & qn̄ etiā qui inferior*  
*Exceptis nūo & iuribus e ualeat uictoria obtinere.* <sup>a #</sup> *.xix.*

superuentibus uel incursionibus repentinis  
ex occasione quam numq̄ dux exercitatus armitit  
nam in itineribus iam fatigatis in fluminum trans-  
gressione diuisis in paludibus occupatis iugis mo-  
tium laborantibus in campis expersis atq: securis in  
mansione dormientibus opportunum pr̄lium semp.

infertur cum alijs negotijs occupantur hostes prius in-  
 terimantur q̄ preparare se possint. q̄ si cauti sunt ad  
 uersarij & insidiarum nulla sit copia tunc aduersum  
 presentes scientes & uidentes equa conditione pugna-  
 tur. tamen ars belli non minus in hoc conflictu a-  
 perto q̄ in occultis fraudibus adiuuat eruditos.  
 Cauendum e maxime ne ab ala cornuq: sinistro  
 qd̄ sepius euenit aut certe dextro qd̄ licet raro co-  
 tingit circumueniantur tui a multitudine hostium  
 aut ab hortantibus globis quos dicunt drungos  
 qd̄ si acciderit unum remedium e q̄ alam cornuq:  
 replices & rotundes quatinus conuersi tui sotiore  
 terga defendant. Sed in angulo ipsius extremitatis  
 fortissimi collocentur quia impetus ibi amplior  
 fieri consuevit. Item aduersus cuneos hostium certis  
 resistitur modis. Cuneus dicitur multitudo pedi-  
 tum que iuncta cum acie primo angustior deinde  
 latior procedit & aduersariorum ordinem rumpit  
 quia a pluribus in unum locum tela mittuntur  
 quam rem milites uocant caput porcinum. Contra  
 quem ordinatio ponitur quam forficem uocant.  
 nam ex lectissimis militibus in unum confertis ordo  
 componitur & illum cuneum excipit atq: ex utraq:  
 parte concludit quo facto aciem rumpe non pot  
 Item ferra dicitur que a strenuis directa ante

frontem opponitur hostibus & turbata acies reparatur  
Globus autem dicitur qui a sua acie separatus uago  
curfu & superuentu incurfat inimicos contra quem al-  
ter populosior suo uel fortior imitatur globus / obser-  
uandum quoq: ne sub tempore quo committitur pugna  
uelis ordines commutare aut de locis suis aliquos nu-  
meros ad alia transferre / statim enim nascitur tumul-  
tus atq: confusio & quos iperitos conturbatosq: iue-  
nerit facilius hostis incumbit *Quibus remedijs uir-  
tuti uel dolis hostium resistatur in arie* *Coxitit<sup>b+</sup> xx.*

**R**epugnationum septem sunt genera uel modi  
Cum infesta ex utraq: parte signa colligunt  
una depugnatio e fronte longa quadro exercitu  
sicut etiam nunc & prope semper solet prelium fieri  
Sed hoc genus depugnationis piti armorum no op-  
timum iudicant qui in prolixo spacio cum cotendit  
acies non equalis semper campus occurrit & cu in  
parte eis uel in medio sinus aut curuatura fit i eo  
loco acies frequenter irrumpitur. Propterea si multi  
multitudine aduersarius antecedit a lateribus aut  
dextram aut sinistram alam circuuenit in quo mag-  
num periculum e nisi super numerarios habeat qui  
precurrant hostesq: sustineant hoc genere solus de-  
bet confluere qui & plures & fortes habuerit bella

tores ex utroq: cornu hostem circūueniat & quasi  
 in sinum sui concludat exercitus. Secunda depug  
 natio ē obliqua que ē plurimis melior in qua si  
 paucos strenuos in loco ydoneo ordinarius etiam  
 si multitudine hostium & uirtute turberis tamen  
 poteris reportare uictoriam huius talis ē modus.  
 cum instructe acies ad congressum ueniunt tunc  
 tu sinistram alam tuam a dextra aduersarij longi  
 separabis ne uel missilia ad eam uel sagitte pueni  
 ant dexteram aut alam tuam sinistre illius ale  
 uinges & ibi primum inchoa prelium ita ut cum  
 equitibus optimis & probatissimis peditibus sinistra  
 partem illius ad quam te uixeris ingrediaris atq;  
 circumeas & detrudendo atq; supcurrendo ad  
 hostium terga peruenas. Qd si semel aduersarios  
 exinde pellere ceperis accedentibus tuis idubitata  
 uictoriam consequeris & pars exercitus tui quam  
 ab hoste submoueris secura durabit ad similitudine;  
 A. lutere uel. C. fabriles acies in hoc dimicandi ge  
 nere componuntur. Qd si tibi prior aduersarius hoc  
 fecerit illos quos post aciem supnumerarios dixim<sup>9</sup>  
 debere poni tam equites q̄ pedites ad sinistram  
 tuam colliges cornu & sic aduersario resistis mag  
 nis uiribus ne arte pellaris. Tercia depugnatio est  
 similis scde sed in hoc deterior q̄ ad sinistram

cornu tuum cum illius in apice dextro confluere  
nam quasi manens impetus e eorum & aperte cu  
difficultate aggrediuntur hostes qui i sinistro cor  
nu dimicant qd aptius inferius explanabo. Sed qn  
aliam sinistram longe habueris meliorem tunc eni  
fortissimos equites pedites q: coniunge & in congressu  
ipsam primam applica ad alam hostium dextram &  
quantum potes aduersary dextram ptem pellere &  
circuire festina tuam autem aliam exercitus ptem  
in qua deteriores bellatores habere te nosti a sinistro  
illius longissime separato ne uel a glady s iuadat  
uel ad eam tela perueniant in hoc genere cauendu  
e ne inimicorum cuneis transuersa tua acies elidat  
hoc enim modo uno casu utiliter pugnabitur. Si  
aduersarius infimius dextrum cornu habuerit &  
tu longe fortius sinistram. Quarta depugnatio  
talis est cum ordinarius aciem ante quadringetos  
uel quingentos passus q ad hostem puemias no spante  
eo subito ambas alias tua te incitare conuenit ut ex  
utroq: cornu iprosos hostes uertas infugam &  
celerius uictoriam consequaris sed hoc genus certa  
minus hostes cito superat si exercitatissimos fortissi  
mosq: produxeris tamen periculosum e quia me  
diam aciem suam qui sic dimicant nudare copellit  
& in duas partes exercitum separare | & si primo

52

impetu uictus non fuerit inimicus h̄t occasionem  
qua inuadat & diuidet diuisa cornua & mediam  
aciem destitutam. Quinta depugnatio ē quarte  
similis sed hoc unum amplius habet q̄ leuem arma-  
turam & sagittarios ante primam aciem ponit &  
illis resistentibus non possit irrupi nam sicut dextro  
cornu suo illius sinistrum & de sinistro cornu suo  
dextrum aggreditur quod si fugare potuerit stati-  
uincit. Si minus acies media ipius non laborat q̄  
leui armatura sagittarijsq: defenditur. Sexta de-  
pugnatio optima ē prope similis sc̄de qua utunt̄  
qui de numero suorum & de uirtute desperant &  
si bene ordinauerit quamuis cum pauerioribus sep̄  
uictoriam consecuntur nam cum instructa acies ad  
hostes accedit. dextram alam tuam sinistre hostiu  
ale iunge & ibi p̄ equites probatissimos & uelocis-  
simos pedites incipe prelium reliquam autem par-  
tem exercitus tui longissime ab aduersariorum  
acie remoue & indirectum porrige quasi ueru q̄  
cum sinistram partem illius & a lateribus & a tergo  
ceperis cedere sine dubio uertes in fugam. Aduer-  
sarius autem nec de dextra pte sua nec de media  
acie pot̄ suis laboribus subuenire quia acies tua  
extenditur & tota se porrigit ad similitudinem  
J. lutere longissimeq: recedit ab hostibus quo

genere in itineribus sepe confligitur. Septima depug-  
natio e que loci beneficio adiuuat dimicantem. In  
hac quoq: & cum pactionibus & cum minus fortibus  
poteris aduersarium sustinere hoc e si montem aut  
mare aut flumen aut lacum aut ciuitatem aut pa-  
ludes aut abrupta in una pte habeas ex qua hostis  
non possit accedere reliquum exercituum direc-  
ta acie ordines. Sed in illa ala que munitione non  
habet omnes equites & ferrentarios ponas tunc se-  
curus pro tuo arbitrio cum hoste confliges qn ab u-  
na pte loci natura te munit ab alia duplex propo-  
nitur equitatus. Illud tamen obseruandum e qd  
nichil melius inuenitur ut siue de dextro cornu so-  
lo pugnare uolueris ibi strenuissimos colloces siue  
de sinistro fortissimos ponas siue i medio cunctos  
cuneos facere uolueris p quos acies hostium rupas  
in cuneo exercitatissimos ordines bellatores uicto-  
ri enim p paucos consueuit fieri. tantum e ut e-  
lecti aduce sapientissimo in hys locis in quibus  
ratio & utilitas postulat ordinentur. *Viam*

*abscedendi hostibus dandam ut debeantur facilius*

*Pleriq: fugientes. Capitulum. XXI.*

rei militaris ignari pleniorum uictoriam  
credunt si aduersarios aut locorum angustijs  
aut multitudine armatorum circundederint ut



*ianuam*  
 additum non inueniant abscedendi. Sed clausis ex  
 desperatione crescit audacia ut cum spei nichil est  
 sumit arma formido libenter cupit comori ex quo  
 sine dubio scit se esse moriturum. Ideoq: scipionis  
 laudata sententia e qui dixit uiam hostibus qua  
 fugerent inuendam nam cum abscedendi additu  
 patefacto mentes omnium apprehendit terror &  
 ad prebenda terga consenserint multi <sup>more</sup> ~~maiore~~ pe-  
 cudum trucidantur, nec insequentium ullu pe-  
 riculum est cum uicti qui se defendere poterant  
 arma conuerterint hoc genere quanto maior fuerit  
 exercitus tanto facilius multitudo prosternitur  
 neq: enim ibi requirendus e numerus ubi animus  
 semel territus non tam tela hostium cupit declina-  
 re q̄ uultum. Ceterum clausi licet exigui numero  
 & infirmi uiribus hoc ipso tamen hostibus sunt pa-  
 res quia sciunt desperantes aliud sibi licere non  
 posse sed una salus uictis nullam sperare salute.

**Quemadmodum ab hostibus recedatur si displi**

**Digestis cet pugne consilium. Caplm. xxij.**  
 omnibus que ratio militaris experimentis  
 & arte seruauit unum sup est edocere quemad-  
 modum recedatur ab hostibus nam discipline bel-  
 lice & exemplorum periti nuq̄ maius periculum  
 iminere testantur. Qui enim ante congressum

*liguro partix en partix*

recedit ex acie & suis fiduciam minuit & inimicis auget audaciam. Verum quia hic sepius e' necesse euenire quibus modis tucius hoc fieri possit declarandum e'. Primum est ut tui nesciant ideo te recedere quia declinas inire conflictum. Sed credant arte aliq' te ideo reuocari ut ad oportuniorum locum imitet' hostis aut facilius supetur aut certe i sequentibus aduersarijs secretiores collocentur insidie: nam necesse e' q' ad fugam parati sint qui ducem suum sentiunt desperare. Illud quoq' uitandum e' ne hostes tui te recedere sentiant & statim irruant. Propterea pleriq' ante pedites suos equites posuerunt ut discurrentes aduersarios uidere non sinerent quem admodum pedites abscedebant. Item piculatim incipientes a primis singulas acies subducebant retroq' reuocabant in gradu suo manentibus reliqs quos sensim postea acies sensimq' ad illos iungebat quos subduxerant primum aliquanti exploratis itineribus noctu cum exercitu recedebant ut hostes die orta cum intellexissent non possent coprehendere precedentes. Preterea leuis armatura premittebatur ad colles ad quos subito totus reuocaretur exercitus & si hostes insequi noluissent a leui armatura que ante premittebatur & occuparetur locus additis equitibus fundentur. Nichil enim pe-

ez impetu sic furore p  
non inuenit

ruculosius estimatur q̄ si inconsulte sequentibus ab  
 hijs qui in subsessa fuerunt uel qui ante repeda  
 uerint obuietur. Interdum autem securitas graui⁹  
 solet habere discrimen. Impitis cibum capientibus  
 in itinere lapsis equos suos pascentibus ac nihil  
 tale suspicantibus superuentus assolent fieri. Quod  
 & uobis uitandum ē & hosti in hui⁹ occasionibus  
 p̄ncipes inferenda. hoc enim casu oppressis nec uir  
 tus pot̄ nec multitudo prodesse. In acie publica  
 qua uinatur pugna licet & ibi ars plurimum pro  
 fit tamen ad defensionem suam potest accusare  
 fortunam. Qui uero superuentiu insidias passus  
 ē culpam suam non potest excusare quia hoc euitare  
 potuit & p̄ speculatores idoneos ante cognoscere  
 quia cum receditur talis fraus fieri consueuit. Tetro  
 itinere paucie equites insecuntur ualida manus oc  
 culte p̄ alia mittuntur loca ubi ad agmen inimicorū  
 peruenerint equites temptant leuiter atq; discedūt  
 ille credit quicquid insidiarum fuerit preterisse  
 & sine cura resoluitur ad negligentiam. tunc illa  
 manus que secreto itinere destinata fuerat super  
 ueniens opprimit ignorantes. multi enim cum ab  
 hoste discedunt si p̄ siluas ituri sunt premittunt  
 qui angusta uel abrupta occupent loca ne ibidem  
 patiantur insidias & rursus post se profasis arborib⁹

mas claudunt quas concedes uocant ut aduersarijs  
facultatem ad hincant psequendi. & pene utriq; pti  
in itinere ad subsessas comunis occasio e. Nam qui  
precedit opportunis uallibus uel siluosis montibus  
post se relinquit insidias in quas cum incidit ini  
micos recurrit ut adiuuet ipe suos. Qui uero seqtur  
aduersis semittis longe ante destinat expeditos  
ut precedentem aduersarium arceat in transitu de  
sertumq; a fronte & a tergo concludet. dormienti  
bus noctu aduersarijs & qui recessit pot regredi  
& qui precesserit pot regredi & qui sequitur qms  
interfit pot subuenire per fraudem in transuetitoe  
fluiuor. qui precedit illam ptem temptat opprime  
re que prima transierit dum reliqui a lueo sepa  
rantur. Qui autem sequitur festinato itinere illos  
qui nondum potuerunt transire conturbat.

*De camelis & catafractis equitibus Capitulum*

*Camelos aliquante nationis. xxij.*  
apud ueteres in acie produxerunt & ue  
tercilliani in africa uel ceteri macetes hodie pda  
cunt. Sed genus hoc animalium arenis tollera  
bile & siti aptum. confusas etiam in puluere ue  
to uias absq; errore dirigere memoratur. Ceterum  
preter nouitatem si hoc iuti ab insolitis uideatur  
in efficax bello e. Catafracti equites ppt munimina

55

que gerunt a uulneribus tuti Sed propter impedimentu  
& pondus armorum capi eos facile est & alia que hijs  
frequenter obnoxia tam contra dispersos pedites q̄ co-  
tra equites in certamine sunt meliores. Melius tamen  
e ut ante legiones positi aut cum legionarijs mixti  
sint qn̄ comuni<sup>o</sup> est manu ad manum pugnandum  
tum acies hostium sepe prumpunt.

*Quomodo quadrigis falcatis uel elephantibus in-  
acie possit obsisti. Capitulum .xxiij.*

*Q*uadrigas falcatas in bello Rex anthiocus  
& mitridates habuerunt. Que ut primo mag-  
<sup>num</sup> intulerunt terrorem ita post modum fuere de-  
<sup>ritio</sup>risui: nam difficile currus falcatus planum semper  
inuenit campum & leui impedimento retinetur  
unoq: afflicto et uulnerato equo intercipitur. Sed  
maxime hac romanorum militum arte pierunt  
ubi ad pugnam uentum est repente toto campo ro-  
mani tribulos adiererunt, in quos currentes quadri-  
ge cum incidissent delecte sunt. Tribulus autem est *tribulus elabrosus*  
ex uij<sup>or</sup> palis confixis in propugnaculum quem quo-  
cumq: modo obieceris tribus radijs stat & erecto  
quarto infestum est. Elefanti in prelijs magnitu-  
dine corporum barritus orrore forme ipsius nouita-  
te homines equosq: conturbant hos contra roma-  
num exercitum, primus in lucania rex pirrus eduxit

postea hanibal in affrica / rex anthiocus in oriente iu-  
gurtha in macedonia copiosas habuerunt aduersus quos  
diuersa resistendi excogitata sunt genera armatorum  
nam centurio in lucania gladio manuum quam pro-  
miscadem uocant uni abscidit & bini catafracti equo  
uinebantur ad currum quibus insidentes anclenas  
sarissas hoc est longissimos contos in elefantes diri-  
gebant / nam muniti ferro nec a sagittarijs quos ue-  
hebant belue ledebantur & earum impetum equorum  
uelocitate uitabant. Alij contra elefantes catafrac-  
tos milites miserunt ita ut in brachijs eorum &  
in cassibus uel humeris aculei ingentes ponerentur  
ex ferro ne elefans bellatorem contra se uenientem  
posset apprehendere precipue tamen uelites antiq-  
aduersum elefantes ordinauerunt. Velites autem  
erant iuuenes leui armatura & corpore alacri  
qui ex equis optime missilia dirigebant. hys equis  
precurrentibus ad latiores lanceas uel maiora spi-  
cula beluas occidebant. Sed crescente audacia per  
collecti plures milites pariter pila hoc est missilia  
in elefantes ingerebant eosq: uulneribus elidebant  
Illud additum est ut funditores cum bastibalis  
& fundis rotundis lapidibus destinatis in eos  
per quos regebantur elefanti cum ipsis curribus  
affligerent atq: mactarent / quo nichil tuus in

56

inuenitur. Preterea uenientibus belius quasi irrupis-  
sent aciem spacuum milites dabant que cum i agmen  
medium puenissent circumfusis undiq: armatorum  
globis a magistris militum absq; uulneribus capiebant  
illese. fundibaliste aliquanto maiores hee enim lon-  
gus & uehementius spicula dirigunt suppositis curri-  
culis cum binis equis aut mulis post aciem ordinari ce-  
perunt & cum iactum teli accepissent bestie sagittis  
balistarum transfigantur latius tamen contra eas &  
firmius prefigitur ferrum ut in magnis corporibus  
maiora sint uulnera. Aduersus elephantos plura ex-  
empla & machinamenta retulimus ut si qn necessitas  
postulauerit sciatur que sint iam in manibus belius  
opponenda **Quid fieri debeat uel si pars fugierit  
uel totus exercitus. Captm. xxv.**

Sciendum uero est qd si pars exercitus uicerit  
& pars fugierit quid sperandum & mīme  
desperandum cum in necessitate huius ducis consta-  
tia & prouidentia totam sibi possit uendicare uicto-  
riam. In numerabilibus accidit bellis hoc & pro su-  
prioribus sunt habiti qui minime sperarunt | nam  
in simili conditione fortior creditur quem aduersa  
non frangunt | prior ergo de cesis hostibus spolia  
capiat qd ipi dicunt colligat campum prior clamo-  
re a buccinis exultare uideatur | haec itaq; fiducia

parabit inimicos & fiduciam geminabit suis quasi  
uictor ex omni discesserit pte q̄ si aliquo casu omi  
acie fundatur exercitus p̄nciosa est clades tamen re  
parationibus multis fortuna non defuit & hec medi  
cina querenda est. Dux ergo prouidus sub aliqua  
cautela publico debet Marte confluere ut si quid  
pro uarietate belli & arte bellorum uel conditionis  
humane secus acciderit absq; graui detrimento li  
beret uictos nam si uicini colles fuerint si post terga  
munitio si ceteris abscedentibus fortissimi quiq; resti  
terunt se suosq; seruabunt. Frequenter iam fusa acie  
dispersos ac passim sequentes reparatis uiribus inter  
erunt. Nunq̄ exultantibus manus solet euenire discori  
men quam cum ex subita ferocia in formidinem  
comutatur. Sed quocumq; euentu sit colligendi sunt  
supstites ebello erigendi ab hortationibus congruis  
& etiam armorum instauratione refouendi. tunc  
nou delecti noua querunt auxilia & q̄ amplius pro  
dest captatis occasionibus in ipos uictores p̄ occultas  
insidias impetus faciendo ad audaciam reparandu  
nec oportunitas desit cum pro felicitate superbis  
mentes efforantur humane. Si quis hunc casum  
utilimum putat cogitat euentus om̄ p̄lior̄ inter  
initia contra illos magis fuisse q̄bo uictoria debebat

*De Regulis bellor̄ generalibus. Captm. xxvj*



Vt quod tibi prodest aduersario noceat q̄ illu  
 adiuuat tibi semper officiat numq̄ ergo ad  
 illius arbitrium aliquid facere aut dissimulare  
 debemus. Sed id solum agere quod nobis utile ui  
 deamus. Contra te enim incipit esse si imiteris q̄t  
 fecit ille p̄ se & rursus quicq̄d pro tua parte temp  
 taueris contra illum erit si uoluerit imitari. In bello  
 qui plus in angarijs uigilauerit plus in exercendo  
 militie laborauerit minus periculum sustinebit.  
 Numq̄ miles in acie producendus cuius antea ex  
 perimenta non ceperis aut inopia aut superuentibo  
 aut terrore melius ē hostem fame domare q̄ p̄elio  
 in quo amplius solet fortuna potatis habere q̄ uir  
 tus. nulla consilia meliora sunt q̄ illa que ignora  
 uerit aduersarius antequam facias. Occasio in bello  
 amplius solet iuuare q̄ uirtus. In sollicitandis susci  
 piendis q̄ hostibus si cum fide ueniant magna est  
 fiducia quia aduersarium amplius frangunt t̄ns  
 fuge q̄ p̄emptio. Melius ē post aciem plura seruare  
 presidia q̄ lacus milites spergere. Difficile uincit  
 qui potest de suis & de aduersarijs copys iudicare.  
 Amplius iuuat uirtus q̄ multitudo. Amplius pro  
 dest locus q̄ uirtus. Paucos uiros fortes natura  
 procreat. Bona institutio plures reddidit industrios  
 Exercitus labore proficit ocio consenescit. Numq̄.

ad certamen publicum produxeris milites nisi cum de  
eis uideris sperare uictoriam. Subita terrent hostes  
usitata ualescunt. **Q** dispersis suis inconsulte sequit  
hostem quam ipse acceperat aduersario uide dare uic  
toriam. Qui frumenta necessaria non preparat uinci  
tur sine ferro & est primus modus melior qui mul  
titudine & uirtute procedit quadrata dimicet fronte  
Secundus modus est ut cum ad congressum iustu  
puenerint acies sinistram alam tuam longius a dex  
tra aduersary sepes & dextram alam tuam iugas  
eius sinistre & cum optimis equitibus & probatissi  
mus peditibus eam aggredere & inchoa ibi prelium  
impellendo atq: supcurrendo ut ad terga hostium  
puemat qui sinistram alam fortissimam habere  
se nouit dextram alam hostis inuadat qui est ter  
cius modus. **T** Qui habet exercitatissimos milites  
in utroq: cornu pariter prelium debet incipere qui  
est quartus modus. **V** Qui leuem armaturam  
optimam gerit utramq: alam hostis inuadat ferre  
tarijs ante faciem constitutis qui quintus modus  
e. **T** Qui nec numero militum nec uirtute confi  
dit si depugnaturus e de dextra sua sinistram ala  
hostium pulset reliquis suis porrectis in similitu  
dinem ueru qui sextus e modus. **V** Qui paucio  
res infirmioresq: habere se nouit. Septimo modo

ex uno latere aut montem aut ciuitatem aut mare  
aut fluum aut aliquod debet habere subsidium  
Qui confidit equitatu aptiora loca querat equitibus  
& rem magis per equites querat. Cum explorator  
hostium latenter oberrat in castris omnes ad tentoria  
sua per diem redire iubentur & statim deprehendit  
explorator. Consilium tuum cum cognouers aduer  
sarys proditum dispositionem mutare te conuenit  
quid fieri debeat tractato cum multis quid uero  
facturus sis paucissimis ac fidelissimis uel potius  
ipse tecum. ¶ Milites timor & pena in sedibus  
corrigat in expeditione spes ad prelium facit meli  
ores. Boni duces publico certamine numquam nisi occa  
sione aut nimia necessitate confligant. Magna  
dispositio est hostem fame magis cogere quam ferro.  
De equitatu sunt multa precepta sed cum hec pars  
militie usu exercitio armorum equorum genere  
& nobilitate profecerit ex libris nichil arbitror col  
legendum cum presens doctrina sufficiat. ¶ Quo  
genere depugnaturus sis nesciant hostes ne aliquibus  
remedijs obsistere mediantur. ¶ Digesta sunt Im  
perator inuicte que nobilissimi auctores diuersis  
probarunt temporibus exercitio per experimentorum  
fidem memorie prodiderunt ut ad peritiam sagit  
tandi quam in serentate tua persa mirantur ad e.

quitandi sciam & decorem quam hunnorum alanoꝝ  
q: natio uelit imitari si possit ad currendi uelocitate  
quam saracenus iudeusq: non equat ad armature ex  
ercitium cui campiductores uel pro parte p exempla  
intellexisse se gaudent. Nunc regula preliandi ymo  
uincendi artificium iungatur quatenus uirtutem  
pariter ac dispositionem mirabilis rei publice tue  
Impatoris officium exhibebit & militis:—

**Explicit Liber. tercius. Inapit. Liber. iiii.**

**Capitula**

- Ciuitates autem natura aut opere debere  
muni. **i** // **¶** Non directos sed angu-  
lares muros faciendos. **ii** **¶** Quemadmodum  
murus cum terra iungatur agresti. **iii** **¶** De ca-  
taractis & portis ne nociantur ab ignibus. **iiii** **¶** De  
fossis faciendis. **v** **¶** Ne sagittis hostiu ho-  
mines ledantur in muro. **vi** **¶** Quibus modis  
prouidendum est ne fame paciantur obsessi. **vii**  
**¶** Que species preparande sint pro defensione murorū.  
**viii** **¶** Quid faciendum sit si neruorum defue-  
rit copia. **ix** **¶** Quid faciendum ne aque inopia  
paciantur obsessi. **x** **¶** Quid faciendum sit si sal  
defuerit. **xi** **¶** Quid faciendum sit cū primo im-  
petu puenitur ad muros. **xii** **¶** Enumeratio ma-  
chinarum quibus muri oppugnantur. **xiii** **¶** De

59

machina que testudo uocatur. **xvii** ¶ De uineis  
pluteis & de aggere. **xv**. ¶ De musculis. **xvi**.  
¶ De turribus ambulatorijs. **xvii** ¶ Quemad-  
modum ambulatoria turris possit incendi. **xviii** ¶ Que  
admodum altitudo muris addatur **xix** ¶ Quo  
pacto suffodiatur terra ut machine nocere non  
possint. **xx** ¶ Cum scalis sambuca exostra &  
tollenone. **xxi** ¶ De balistis onagris scorpionibus  
arcubalistis fustibalis fundis p que tormenta de-  
fenditur murus. **xxii** ¶ De culcitris laqueis  
lupis columpnis grauioribus. **xxiii** ¶ De cuni-  
culis per quos aut murus defenditur aut ciuitas  
penetratur **xxiiii** quid facere debeant opidani si  
hostes irruerint ciuitatem **xxv** ¶ Que sit ad  
hibenda cautela ne hostes furim occupent murus  
**xxvi** ¶ Quando oppidanus inferantur insidie.  
**xxvii** ¶ Quid faciant obsidentes ne ab oppida-  
nis paciantur insidias. **xxviii** ¶ Quo genere tor-  
mentorum ciuitas defendatur. **xxix** ¶ Quem-  
admodum mensura colligatur ad scalas uel ma-  
chinas faciendas. **xxx** ¶ De preceptis belli na-  
ualis. **xxxi** ¶ Nomina iudicum qui preerat clas-  
si. **xxxii** ¶ Unde appellantur liburne. **xxxiii** ¶  
Qua diligentia fabricantur liburne. **xxxiiii** ¶ Qua  
diligentia sit cedenda materies **xxxv** ¶ Quo

mense cedende sunt trabes **xxxv** ¶ De titulo liburnar.  
**xxxvi** ¶ Nomina uentorum & numerus **xxxvii** ¶  
 Quibus mensibus tutius naugetur **xxxviii** ¶ Que  
 admodum tempestatum obseruanda sunt signa.  
**xxxix** ¶ De pronosticiis. **xl** ¶ De estuarijs  
 hoc e de reumate. **xli** ¶ De locorum notitia  
 siue remigibus. **xlj** ¶ De telis tormentisq;  
 mirabilibus. **xlj** ¶ Quemadmodum nauili  
 prelio collocentur insidie **xlviij** ¶ Quid faciat cum  
 leto mari bellum nauale committitur.

**A** Grestem incumbamq; hominum in ini-  
 tio seculi uitam a coione mutorum  
 animalium uel ferarum urbium con-  
 stitutio prima discernit In hys nomen  
 reipublice cepit communis utilitas. Ideoq; poten-  
 tissime nationes ac principes consecrati nullam ma-  
 iorem gloriam putauerunt q̄ aut nudare nouas  
 ciuitates aut ab alijs conditas in nomen suum sub  
 quadam amplificatione transferre. In quo opere  
 clementia serenitatis tue obtinet palmam. Ab illis  
 enim uel pauce uel singule a pietate tua innumera-  
 biles urbes ita uigi labore perfecte sunt ut non  
 tam humana manu condite q̄ diuini nutu ui-  
 deantur ornate. Cunctos itaq; Imperatores feli

citate moderatione castimonia exemplo indulgentia  
 studiosi amore precedis regni animiq: tui bona  
 cernimus. huius enim anticipare superior optavit  
 etas & extendi in perpetuum uentura desiderat. Quibus  
 rebus tantum uniuerso orbi prestitum gratulamur  
 bonum quantum uel humana mens petere uel gra  
 potuit diuina conferre: Sed dispositionibus ire cle  
 mentie quantum profecerit murorum elaborata  
 constructio. Roma documentum e que salutem  
 ciuium capitoline arcis defensione seruauit ut  
 gloriosius postea totius orbis possideret imperium.  
 Ad complementum igitur operis maiestatis uestre  
 preceptione susceptaq: narrationis quibus uel ire  
 ciuitates defendende sint uel hostium subruende  
 ex diuersis auctoribus in ordine digeram nec labo  
 ris pigebit cum omnibus profutura credantur.  
*Ciuitates aut natura aut opere debere muniti.*

*Capitulum Primum*

**V**RBES atq: castella aut natura munit  
 aut manu aut utroq: qd firmius dicit  
 Natura ut loco alto uel abrupto aut cir  
 cumfuso mari siue paludibus uel flu  
 minibus manu fossis ac muro. In illo naturali bene  
 ficio tutissimo eligentis consilium. In plano queri  
 tur fundantis industria. Videmus antiquissimas

ciuitates ita campis patentibus constitutas ut deficiente  
auxilio locorum arte tamen & opere redderentur in-  
uicte: — **Non directos sed angulares muros facien-**

**Ambitum dos Captm. y.**

muri directum ueteres ducere uoluerunt  
ne ad iactus arietum esset dispositum sed angulosis  
ca fractibus iactis fundamentis clauerunt urbes  
crebrioresq; turces in ipis angulis reddiderunt. Pre-  
terea si quis ad murum tali ordinatione construc-  
tum uel scalas uel machinas uoluerit admonere no-  
solum a fronte sed etiam a lateribus & prope a tergo  
ueluti in sinu circumclusus opprimitur **Queadmodu  
murus cum terra iungatur agesti. Captm. iy.**

Murus autem ut numq̄ possit deleri hac ratioe  
pficitur uallo uicenum interposito pedum  
duo intrinsecus & extrinsecus parietes fabricabant  
dande terra que de fossis fuerit egesta inter illos  
mittetur uectibusq; densetur ita ut a muro primus  
paries partis inferioris Secundus longe minor du-  
catur ut de plano ciuitatis ad similitudinem gra-  
diuum quasi cluo molli usq; ad propugnacula possit  
ascendi quia nec murus ullis potest arietibus rumpi  
quem terra confirmet & quo uis casu murorum lapi-  
dibus ea que inter parietes densata fuerit ad muri  
uicem ingruentis mole firmitatis obsistit: —

De catinactis



**De cataractis & portis ne noceantur ab ignibus**

**Caveatur preterea Captm. iij.**

ne porte subiectis ignibus exurantur propt quod sunt corijs ac ferro tegende sed amplius prodest qd inuenit antiquitas ut ante portam addatur propugnaculum in cuius ingressu ponitur cataracta que anulis ferreis ac funibus pendent ut si hostes intrauerint dimissa eadem extinguant inclusi. Interea tamen murus supra portam est ordinandus ut accipiat foramina p que de superiori pre effusa aqua subiectum restringat incendium

**De fossis faciendis. Capitulum. v.**

Fosse autem ante urbes latissime altissimeq: faciende sunt ut nec facile sint coequari repletiq: ab obsidentibus & cum aque ceperint redundare ab aduersario curiculum continuari minime patiantur. Nam duplici modo opus subterraneum pagit~~ur~~ fossarum altitudine & mundatione prohibetur

pos.

**De sagittis hostuum homines le-**

**formidat dantur Captm. vi.**

ne multitudine sagittariorum de propugnaculis extoritis defensoribus appositisq: scalis occupent murum aduersarij qd catafractas uel scuta in ciuitatibus debent habere q plurima dem p propugnacula duplicia saga ciliatnaq: tendunt

que impetum excipiat sagittarum. Neque enim facile  
trahuntur spicula rem que cedit aut fluctuat inuentu  
quoque remedium est ut de ligno crates facerent quod  
metallas uocauerant & lapidibus implerent ea arte  
inter bina propugnacula constitutas ut si super per sca  
las ascendisset hostis & partem aliquam istius con  
tigisset supra caput suum iugeret saxa. **Quibus  
modis prouidendum sit ne famam paciantur ob-**

**Multa defensionum fessi. Captm. vij.**

oppugnationumque sunt genera que infra locis  
competentibus inseremus. // Nunc sciendum est ob  
sidendi duas esse species. Vna cum aduersarius oport  
tunis locis presidys ordinatis uel aquam prohibet  
inclusos deditonem sperat fame quoniam omnes prohibue  
rit comeatus. hoc enim consilio ipse ociosus ac titus  
fatigat inimicum ad quos casus possessores quis le  
uis suspicio sit pulsationis omnem alimoniam uictu  
intra muros debent studiosissime collocare ut ipsis  
exuberet substantia & aduersarios inopia cogat ab  
scedere non solum autem portinum sed & omne ge  
nus animalium quod inclusum seruari potest deputari  
oportet ad lardum ut aminiculo carnis frumeta  
sufficiant. Aues autem cohortales & sine impensa  
in ciuitatibus mitruunt & propter egrotantes neces  
sarie sunt. pabulaque equis sunt precipue cogenda

ad

& que apportari nequiverint exurenda. vini acet  
 ceterarum frugum uel pomorum cogere sunt co-  
 pie nichilq; qd usui proficiat hostibus relinquendu  
 Nam ut in ortorum cura inuicidarijs domorum  
 uel areis exerceatur utilitatis ac uoluptatis ratio p-  
 suadet ipsorum autem proficit plurimum collegis-  
 se nisi ab exordio dimensione salubri p idoneos e-  
 rogatio temperetur. Numq; picitati sunt fame qui  
 frugalitatem inter copiam seruare ceperunt. In bellis  
 quoq; etas ac sexus propter necessitatem uictus por-  
 tis frequenter exclusa est ne penuria opprimeret  
 armatos a quibus menia seruabantur **Que species  
 preparande sint pro defensione murorum**

Bitumen sulfur picem **Capit. viij.**

Liquidam oleum qd incendiarium uocat  
 ad exurendas hostium machinas conuenit pparare  
 Ad arma facienda ferrum utriusq; temperature  
 & carbones seruantur Ligna quoq; hastilibus sa-  
 guttisq; necessaria reponuntur. Saxa rotunda de flu-  
 uijs quia pro soliditate grauiora sunt & aptiora mit-  
 tentibus diligentissime colliguntur ex quibus muri  
 replentur & turres minima ad fundas siue fustiba-  
 los uel manibus iacienda maiora p onagros iaciunt  
 ut dimissa per preceps non solum hostes obruant sub-  
 euntes sed etiam hostium machinamenta cofringat.

Rote quoq: de lignis uiridibus ingentissime fabrica-  
bantur intercisis ex ualidissimis arboribus chini qd  
taleas uocant & ut sint uolubiles leuigantur que  
p pronum labentia subito bellatores sternunt & so-  
lent quoq: equos deterrere trabes quoq: & tabulata  
uel diuerse magnitudinis clauos ferreos esse oportet  
im promptu. Nam oppugnantium machinis p alias  
machinas consuevit obsisti precipue cum subitis ope-  
ribus addenda sit muris uel propugnaculis altitudo  
ne aduersariorum mobiles turres superemineant &  
capiant ciuitatem. **Quid faciendum sit si nūo-  
rum defuerit copia. Capitulum. 17.**

Neruorum quoq: copiam summo studio ex-  
pedit colligi quia onagri uel baliste cete-  
raq: tormenta nisi fumbus uermilibus tensa sint  
nichil prosunt. Equorum tamen sete de caudis ac  
crinibus ad balistas utiles afferuntur. Indubitanter  
uero crines feminarum in buoi tormentis nō mīo-  
rem habere uirtute Romane necessitatis experimeto  
cognoscitur. nam in obsidione capitolij corruptis  
uigi ac longa fatigatione tormentis cum neruorū  
copia defecisset matrone abscisos crines uiris suis  
obtulere pugnantis reparatisq: machinis aduer-  
sariorum impetum repulerunt: maluerunt enim pu-  
dicissime mulieres deformato ad tempus capite

libere uiuere cum maritis q̄ hostibus integro decore  
 seruire. Cornua quoq; uel cruda coria proficit col-  
 ligi ad catafractas tegendas aliaq; machinamen-  
 ta siue munimina **Quid faciendum sit ne aque  
 inopiam paciantur obsessi. Capitulu. X.**

Magna urbis utilitas e cum pbennes fontes  
 murus includit, q̄ si natura non prestat  
 cuiuslibet altitudinis effodiendi sunt putei aquarū  
 haustus funibus extrahatur. Sed interdum si alti-  
 ora sunt loca que montibus saxisq; sint munita  
 in quibus superposita catella extra murum infe-  
 riores reperiunt fontium uenas tunc de propugna-  
 culis uel turribus destinatis telis protegiunt eas  
 ita ut aquatoribus liber prestetur accessus, q̄ si  
 ultra iactum teli incliuo tamen ciuitatis sit subiec-  
 ta uena castellum puulum qd̄ burgum uocant  
 inter ciuitatem & fontem conuenit fabricari ibiq;  
 sagittas balistariosq; constitui ut aqua defendat<sup>ur</sup>  
 ab hostibus. Preterea in omnibus publicis edificijs  
 multisq; priuatis cisterne sunt diligentissime sub-  
 struende ut receptacula aqus pluuialibus que de  
 tectis effluunt prestent. Difficile enim sitis uincit  
 eos qui q̄uis exiguam aquam ad potum, tamen  
 hac in obsidione usi sunt

**Quid faciendum sit si sal defuerit. Cap. XI.**

**S**i maritima sit ciuitas & sal defuerit liquor  
ex mari sumptus p̄ alueos atq; cetera uasa par  
uula diffunditur quo calore solis duratur in sal  
q̄ si hostis ab unda prohibeat nam hoc sepe accidit  
arenas quas exsiccatum uento mare supfuderat aliqui  
colligant & dulci aqua profundat que sole siccata  
nichilominus mutatur in sal. **Quid faciendum  
sit cum primo impetu uenitur ad muros. C. xy.**

**V**iolenta autem impugnatio quando in castel  
lis uel ciuitatibus preparatur mutuo utriq;  
periculo sed maiori oppugnantium sanguine exercet  
luctuosa certamina illi enim qui muros inuadere  
cupiunt certifico apparatu expositis copys in spem  
deditionis formidinem geminant tubarum stre  
pitu hominumq; p̄mixto tuncq; timor magis fran  
git insuetos primo impetu stupentibus oppidanis  
si discriminum experimenta non norunt appositis  
scalis inuaditur ciuitas. **Q̄ si a fidentibus siue  
militaribus uiris repellatur congressio statim clau  
sis crescit audacia & iam non terrore sed uiribus  
& arte confligitur De enumeratione machina  
rum quibus muri oppugnantur. Captm. xiy.**

**A**dmouentur enim testudines & arietes fal  
ces uinee plutei musculi turres & arietes  
de quibus singulis qualiter fabricentur quo etia

64  
pacto prelientur uel repellant<sup>r</sup> ediffera.

*De materia que testudo uocatur. Caplm. xij.*

**D**e materia ac tabulatis testudo contextitur que ne exuratur incendio corys uel cilicinis centonibusq: uestitur hic intrinsecus habet arietem trabem, que aut unico prefigitur ferro & falx uocatur ab eo qd incuruata est ut de muro extrahat lapides aut certe caput illius uestitur ferro & appellatus aries uel qd habet durissimam frontem qua subruat muros uel qd more arietum retrocedit ut cum impetu uehementius feriat. Testudo autem a similitudine uere testudinis uocabulum sumpsit quia sicut illa modo reducit modo profert caput ita machinamentum interdum reducit trabem interdum offert ut fortius cedat.

*De vineis & pluteis & agge. Caplm. xv.*

**V**ineas dixerunt ueteres quas nunc militari barbaroq: usu cautias uocant eligis leuoribus machina colligatur lata pedibus viij. alta pedibus. viij. longa pedibus. xvi. huius tectum munitione duplicis tabulatus cratibusq: contextitur latera quoq: minime<sup>t</sup> sequuntur ne saxorum telorum ue impetu penetrentur. Extrinsecus aut ne imisso cremetur incendio crudis ac recentibus corys uel centombus operitur. iste cum plures

<sup>+</sup>  
uimine

casidis

facte fuerint iunguntur in ordine sub quibus obsi-  
dentes tucius ad subruenda murorum penetrat  
fundamenta. Plutei dicuntur qui ad similitu-  
dinem absidis contexuntur cuius & cum ci-  
licanis corijs crudis proteguntur termisq: rotulis  
quarum una in medio due in capitibus apponuntur  
ad quamcumq: ptem uolueris admouentur mo-  
re carpenti quos obsidentes applicant muris  
eorumq: munitione protecti sagittis siue fundis  
uel missilibus defensores omnes de propugnacu-  
lis ciuitatis exturbant, ut scilicet ascendentibus  
scalas facilius prestetur occasio. Agger ex terra  
lignisq: extollitur contra murum de quo tela iactantur.

### De musculis Captm. xvi

Musculos dicuntur minores machinas quibus  
protecti bellatores sudatum auferunt ci-  
uitatis fossatum etiam apportatis lapidibus lignis  
& terra non solum replent sed etiam solidant ut  
turres ambulatorie sine impedimento iugantur  
ad murum. uocantur autem a marinis beluis mus-  
culi nam quemadmodum ille cum minores sint  
tamen beluis auxilium adminiculumq: iugiter  
exhibent ita iste machine breuiore deputate  
turribus magnis aduentui illarum ylaris parant  
uiam itineraq: premuniunt. De turribus ambu



65  
latoris fabricandis capitm. xxy.

Turres autem dicuntur machinamenta ad edificiorum speciem, compacta ex tabulis trabibusq: & ne tantum opus hostili consumetur incendio, diligentissime ex crudis corijs uel centombus comunita quibus pro modo altitudinis additur latitudo: nam interdum tricenos pedes per quadrum interdum quadragenos uel quinquagenos late sunt, proceritas aut ipsorum tanta sit ut non solum muros sed etiam turres lapideas altitudine superent. hys autem plures rote arte mechanica subiunguntur quarum lapsu uolubili magnitudo tam ampla moueatur. Presens autem periculum ciuitatis est si ad murum fuerit turris ad mota plures enim accipit scalas & diuerso genere conatur irrumperere, nam in inferioribus habet anite cuius impetu destruit muros. Circa uero mediam parte accipit pontem factum duabus de trabibus septumq: de uimine q: subito prolatum inter turrim murumq: constituunt & per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem transeunt & occupant muros. In superioribus autem illius turris partibus contati & sagittarij collocantur qui defensores urbis ex alto contis missilibus saxisque prosternant quo facto ciuitas capitur sine mora. Quid enim auxiliij superest cum hi qui de murorum altitudine sperabant repente sup

se aspiciant altiore hostium murum. *Quæadmodum  
ambulatoria turris possit incendi Cap. xvij*

1. Si tam manifesto discrimini multis occurrit  
modis Primum si confidentia uel uirtus est  
militaris eruptione facta glob; egreditur armator;  
& in hostibus pulsus machinamentum illud ingens  
direptis corijs uel centonibus ignis exurit. *Q* Si op-  
pidani exire non audeant ad maiores balistas mal-  
leolos uel fabricas cum incendio destinant ut per-  
ruptis corijs uel centonibus intrinsecus flamma co-  
datur. Malleoli uelut sagitte sunt & ubi adheserit  
quasi ardentes ueniunt uniuersa conflaurant. Fab-  
rica autem admodum haste ualido prefigitur ferro  
Inter tubam etiam & hastile sulphure resina bitu-  
mine stupaq; conuoluitur infusa oleo qd incendiariu  
uocant que baliste impetu destinata prurupto mi-  
mine ardens figitur ligno, territamq; machinam  
frequentius incendit Depositi quoq; homines funi-  
bus cum hostes dormiunt etiam lanternas portant  
lucernas & incensis machinis rursus leuantur in  
murum. *Quæadmodum altitudo muris addat*

*Præterea partem muri ad Cap. xix.*

quam conatur machina accedere cemento  
atq; lapidibus uel luto siue lateribus postremo tabu-  
latis extruendo faciunt altiore ne defensores

menium de super urbi uentura possint opprimere. Co-  
 stat autem inefficax machinamentum reddi si inue-  
 niatur inferius huic dolum adhibere consueuerunt  
 Primo talem extruunt turrem que propugnaculis ci-  
 uitatis uideatur inferior deinde aliam de tabulis  
 intrinsecus turriculam faciunt & cum muris fuerit  
 machina sociata subito funibus trocleis q: de medio  
 turricula illa producitur de qua egredientes arma-  
 ti quia altior inueniuntur statim capiunt ciuitatem

*Quo pacto suffodiatur terra ut machine nocere*

*Interdum non possint. Captm. xx.*

longissimas ferratasq: trabes apponunt ma-  
 chine uenienti eamq: a muro ciuitatis propellunt  
 sed cum rodiorum ciuitas oppugnaretur ab hostibus  
 & turris ambulatoria supra murorum altitudinem  
 ac turrium omni superaret mechanico ingenio inuen-  
 tum est remedium p noctem & infundamento muri  
 cuniculum fodit & illum locum ad quem die postre-  
 mo fuerat promouenda nullo hostium sentiente egesta  
 terra cauauit intrinsecus & cum rotis suis moles  
 fuisset impulsas atq: ad locum qui subtus cauatus  
 fuerat puenisset tanto ponderi solo cadente subsedit  
 ut nec ungi muris nec moueri ulterius potuit

*ita ciuitas liberata est & machina derelicta. De  
 scalis sabuca exostra & tollenone. Captm. xxi*

Ad motis turribus funditores lapidibus sagittarum iaculis manu balistarum uel arcubalistarum sagittis iaculatores plumbatis ac missilibus e muris submouent homines hoc facto scalis appositis occupat ciuitatem sed qui scalis nituntur frequenter periculum sustinent exemplo cadentium. Cauuiani a quo primum scalarum oppugnatio perhibetur inuenta. Qui tanta uir occisus est a thebanis ut extinctus fulmine diceretur & ideo sambuca ex ostra & tollenone obsidentes muri. hostium penerrant. Sambuca dicitur a similitudine cythare nam quemadmodum in cythara corde sunt ita in trabibus que iuxta turrem ponuntur funes sunt qui pontem de superiori parte trahunt laxant ut descendant ad murum statimque de turri exeunt bellatores & per eum transeuntes menia urbis inuadunt. Ex ostra dicitur pons quem superius exposuimus qui de turri in murum repente producit. Tollenon dicitur quociens una trabes in terra palta defigitur cui in summo uertice alia transversa trabes longior, dimensa quidem medietate ipsius coniectitur eoque libramento ut si unum caput depresseris aliud erigetur. In uno ergo capite cratibus siue tabulatis contextitur machina in qua pauci collocantur armati tunc per funes uno attracto deprehensoque alio capite eleuati imponunt in murum. *De balistas onagris scorpiombus*

*arcubalistis fustibalis fundis p que tormenta de  
Aduersum hoc obsessos fenditur murus. Ca. xxij*

consueuerunt defendere baliste onagri scor-  
piones arcubaliste fustibali sagittary fundibalista  
fumbus neruinus tenditur que quanto prolixiora  
brachia habuerit hoc est quanto maior fuit tanto spi-  
cula longius mittit que si iuxta mechanicam tem-  
peretur artem & ab exercitatis hominibus qui me-  
suram eius collegerint dirigatur penetrat qd cumq;  
pcusserit. Onager autem dirigit lapides sed pro ner-  
uorum crassitudine & magnitudine saxorum ponde-  
ra iaculantur: nam quanto maior fuerit tanto ma-  
iora saxa fulminis more contorquet. hys duobus  
generibus nulla tormentorum species uehementior  
inuenitur. Scorpiones dicebant quos nunc manuba-  
listas uocant ideo sic nuncupati qd pius subtilibusq;  
spiculis inferant mortem. Fustibalos arcubalistas  
& fundas describere supfluum puto que presens  
usus agnoscit. Saxis tamen grauoribus p onagru  
destinatis non solum equi eliduntur & homines  
sed etiam hostium machinamenta franguntur:—

*De culcitra laqueis lupis funibus & columpnis  
Aduersum grauoribus. Caplm. xxij.*

arietes etiam uel falces sunt plura remedia  
aliqui enim centones & culcitra funibus colligat

& illos opponunt locis quos cedere arietes ut impetus  
machine materia molliore frangatur & non destruat  
morum. Alij laqueis captos arietes p̄ multitudinem  
hominum de muro in obliquū trahunt & cum ipsis  
testudinibus euertunt plures. Alij in modum forficis  
dentatum ferrum funibus illigant quod lupum uo-  
cant apprehensumq; arietem aut euertunt aut ita  
suspendunt ut impetum non habeat ferendi. Inter-  
dum bases uel columpne marmoree iurato impetu  
iaculantur ex muris arietesq; confringunt q̄ si tata  
uis fuerit ut murus arietibus perforetur & q̄ sepe  
accidit decidat salutis una spes superest ut destructis  
domibus alijs intrinsecus murus addatur hostesq;  
intrantes intra binos parietes si penetrare tempta-  
uerint perimantur. **De cuniculis per quos aut murus  
defenditur aut ciuitas penetratur. Cap. xxiii.**

Aliud genus oppugnationū est subterraneū  
atq; secretum q̄ cuniculum uocat | a lepo-  
ribus qui cauernas sub terris fodunt ibiq; trudiunt  
adhibita ergo multitudine ad speciem metallorum  
in quibus auri argentiq; uenas bestorum rimatur  
industria magno labore terra defoditur cauatq;  
specu in exitum in exitum ciuitatis interna querit  
uia que fraus duplicibus opatur insidijs, aut enim  
penetrant urbem & noctu non sentientibus oppidans

egreduntur p̄ cuniculum reſeratisq; portis ſuorum  
 agmen inducunt hoſtes q; in iſſis domibus perimur  
 ignorantes; aut certe cum ad murorum fundamenta  
 peruenerint ſuffodiunt eorum maximam p̄tem appo-  
 ſitis ſiccioribus lignis ruinamq; murorum tumultu-  
 ario opere impendunt ſarmenta inſuper iungunt  
 aliaq; fomenta flammarum & tunc preparatis bel-  
 latoribus operi ſubterraneo ignis imittitur combuſtis  
 columpnis ligneis atq; tabulatis muro ſubito cor-  
 ruente irruptione aditus reſeruatur: — **Quid de-  
 beant facere oppidani ſi hoſtes irruerint ei**

**In numeralibus uitatem. Captm̄xxv.**

declaratur exemplis ſepe ceſos ad interemp-  
 tionem hoſtes qui inuaſerant ciuitatem. Quod ſine  
 dubio euenit ſi oppidani muros ac turres retinue-  
 rint uel altiora occupauerint loca. Tunc enim de fe-  
 neſtris ac tectis omnis etas ac ſexus irrumperentes  
 obruant ſaxa aliaq; genera telorum. Qui ne ſuſti-  
 neant obſidentes portas ciuitatis aperire conſueue-  
 runt ut reſiſtere deſinant fugiendi p̄tatenonces-  
 ſa (neceſſitatis enim quedam uirtus eſt deſperatio.  
 In hoc enim caſu unum oppidaniſ auxiliuſ eſt  
 ſue p̄ diem ſue p̄ noctem hoſtis intrauerit ut muros  
 turresq; teneant ac loca ſupiora conſcendant hoſ-  
 tesq; per uicos & p̄ plateas undiq; obruant dimi-

cantes:—*Que sit adhibenda cautela ne hostes  
furtim occupent murum. Capitulum xxvi*

*f*requenter dolum excogitant obsidentes, ac  
separatione simulata longius abeunt. Sed  
si post metum murorum uigilijs derelictis requieue-  
rit incauta securitas tenebrarum ac noctis occasio-  
ne captata cum scalis clanculo hostes ueniunt mu-  
rosq: conscendunt, propter quod maior est adhiben-  
da custodia cum hostes abcesserint & in ipis muris  
ac turribus est tuguriola collocanda in quibus uigi-  
les hybernus mensibus ab ymbre uel frigore esti-  
uis defendantur a sole. Illud quoq: usus inuenit ut  
acerrimos ac sagacissimos canes in turribus nutriant  
qui aduentum hostium odore presentiant latratuq:  
testentur. Anseres quoq: non minori solertia noctur-  
nos superuentus clamoribus indicant: nam ingressi  
capitolinam artem galli roman nomen extinguere  
decreuerunt nisi clamore anseris excitatus martus mal-  
lius restitisset. Mira diligentia siue fortuna uiros q  
uniuersum orbem erant missuri sub suo iugo auis  
una seruauit. *Quomodo opidanis inferantur  
infidie Capitulum xxvii.*

Non solum in obsidionibus sed in uniuerso  
genere bellorum super omnia licatum est.  
hostium consuetudinem explorare diligenter ac

condidit



nosse. Oportunitas autem insidiarum aliter non pot  
 inueniri nisi scias quibus horis aduersarius a laboris  
 intentione discedat quibus reddatur incautior. Int  
 dum in medio die interdum ad uesperum sepe nocte  
 aliquando eo tempore quo sumitur cibus cum utri  
 usq; ptis milites ad requiem aut curanda opera dis  
 pponuntur. Quod in ciuitate cum ceperit fieri obsiden  
 tes astu se a prelio subtrahunt ut aduersariorum ne  
 gligentie licentiam tribuat que ipsa ipunitate cu  
 creuerit repente admotis machinis uel appositis sca  
 lis occupant ciuitatem. & ideo in muris saxa ceteraq;  
 tormenta ponuntur i promptu uel cognitis insidijs  
 occurrentis ad manum habeant qd supra caput hosti  
 um euolant atq; iaculentur. **Quid faciant obsidentes  
 ne ab obsessis paciantur insidias. Captm. xxvii.**

Cum negligentia interuenit paucis insidijs  
 se subiciunt obsidentes nam siue cibo siue  
 sompno fuerint occupati sine octo aut aliqua neces  
 sitate dispersi tunc oppidani repente prorumpunt  
 ignorantes perimunt arietes machinas ipsosq; ag  
 geres ignibus concremant omniaq; in perniciem sua  
 opera fabricata subuertunt propter qd obsidentes ul  
 tra iactum teli fossam faciunt eamq; non solum uallo  
 & sudib; sed etiam turriculis instruunt ut erupenti  
 bus de ciuitate possint obsistere qd opus loriculam  
 epta, o tex bique

uocant. Sepe cum obsidio describitur inuenitur in histo-  
rijs lorica urbem esse circumdatam

*Quo genere tormentorum ciuitas defendat. Capitulum. xxix*

Sed ex alto destinata missilia siue plumbate ut  
lancee uerruta uel spicula in subiectos uche-  
mentius cadunt. Sagitte quoque arcibus misse & saxa  
manibus fundis siue fustibalis directa quanto de  
excelsiore loco exeunt tanto longius penetrant. Ba-  
liste & onagri si a peritis diligentissime temperentur  
uniuersa precipidunt a quibus nec uirtus ulla nec mu-  
nimina possunt defendere bellatores: nam more ful-  
minis quicquid percusserint aut dissoluere aut irrum-  
pere consueuerunt. *Quoadmodum mensura colligatur  
ad scalas uel machinas faciendas Capitulum. xxx*

Ad capiendum muros scale uel machine plu-  
rimum ualent si ea magnitudine compac-  
te fuerint ut altitudinem exsuperent ciuitatis. Me-  
sura autem colligitur duplici modo aut enim lini  
tenue & expeditum uno capite nectitur in sagitta  
que cum ad muri fastigia directa peruenit ex men-  
sura lini murorum altitudo deprehenditur aut  
certe cum sol aliquociens umbram turrium murorumque  
iaculatur in terram tunc ignorantibus aduersarijs  
umbre illius spacium mensuratur. Item decimo pe-  
de figitur & umbra illius similiter mensuratur. Quo

collecto numero nemo dubitat ex umbra .x. pedum  
 inueniri altitudinem ciuitatis cum sciatur tanta  
 altitudo quantum umbra mittat in longum que ad  
 oppugnandas uel defendendas urbes actores bellicarum  
 artium prodiderunt uel querentium necessitatum usq[ue]  
 inuenit pro publica ut arbitror utilitate digessi.  
 Illud iterum iterq[ue] comouens ut solertissime ca  
 ueatur ne umquam potus inopia emergat aut cibi  
 quibus malis nulla arte succurritur. Ideoq[ue] intra  
 muros tanto plura condenda sunt quanto scitur  
 clausure tempus in obsidentium potestate consistere.

*De preceptis belli naualis. Capitulum. xxxj.*

Præcepto maiestatis tue Imperator inuictę  
 terrestris prelij rationibus absolutis. Naua  
 lis belli residua ut opinor superest portio de cuius  
 artibus ideo pauciora dicenda sunt quia iam du  
 dum pacato mari cum barbaris nationibus agit  
 terrestre certamen. Romanus autem populus pro  
 decore & utilitate magnitudinis sue non propter  
 necessitatem tumultus alicuius classem parabat ex  
 tempore. Sed ne quando necessitatem sustineret  
 semper habuit preparatum. Nemo enim bello la  
 cessere aut facere audeat iniuriam ei regno uel  
 populo quem expeditum & prumptum ad resisten  
 dum uindictandūq[ue] cognoscit. Apud missenum

igitur & rauennam singule legiones cum classibus  
stabant ne longius a tutela urbis abscederent & cu-  
ratio postulasset sine mora sine circuitu ad omnes  
mundi partes nauigio puenirent. nam missenatum  
classis galliam yspaniam mauritiam africanam  
egyptum sardiniam atq; siciliam habebat in pro-  
ximo. Classis autem rauemantium epyrum mace-  
doniam achayam propontidem pontum orientem  
cretam cyprum petere directa nauigatione consue-  
uerat quia in rebus bellicis, celeritas amplius solet  
prodesse q̄ uirtus. **Nomibus ueludicum qui presunt**  
**liburnis autē classi. Captm. xxxij**

que in campania stabant prefectus classis  
missenatum preerat. Eis uero que iouis mari lo-  
cate fuerant. prefectus classis rauenantium re-  
tinebat sub quibus erant deni tribuni per cohor-  
tes singulas constituti. Singule autem liburne  
singulos uernaculos. i. quasi nauicularios habebat  
q̄ exceptis ceteris nauitarum officijs gubernatori-  
bus atq; remigibus & militibus exercendis cotidi-  
anam curam & iugem adhibebant industriam  
**Vnde appellantur liburne. Captm. xxxij.**

Diuerse autem prouintie quibusdam tem-  
poribus mari plurimum potuerunt & io  
diuersa genera nauium fuerunt. sed augustus

diminante

dimicante actico prelio cum liburnorum auxilijs precipue uictus fuisset antoni experimento tanti certamis patuit liburnorum naues ceteris aptiores & similitudine & nomine usurpato ad eorundem instar classe romani principes texuerunt. Liburna namq; dalmatie pars est. Jadren subiacens ciuitati cuius exemplo nunc naues bellice fabricantur & appellantur liburne. *Qua diligentia fabricantur liburne.*

Sed cum in domib; *Capit. xxxiij.*

construendis harene uel lapidum qualitas requiratur tanto magis in fabricandis nauibus diligenter cuncta requirenda sunt quanto maius periculum est nauem uiciosam esse q̄ domum. Ex cypresso igitur & pino domestica siue siluestri lauro & abiecte precipue liburna contexitur utilius ereis clauibus q̄ ferreis conficienda quelibet esse, quauis grauior alicui uideatur aliquanto expensa tamen quia amplius durat lucrum probatur afferre. nam ferreos clauos tempore & humore celeriter rubigo consumit erei autem in fluctibus propriam s̄bam seruant.

*abito arbor*

*Qua diligentia sit cedenda materies. Capitu.*

*Observandum precipue lum. xxxv.*

ne a. xiiij. luna usq; ad. xxij. arbores precipiantur ex quibus liburne contexende sunt. hijs em tantum. viij. diebus cesa materies immunis seruatur.

x7

a cicatrice. Reliquis autem diebus precisa etiam eode  
anno interna uermium labe excessa in puluerem uertit  
q̄ ars ip̄a & omnium architectorum doctrina cotidia  
nus usus edocuit & contemplatione ip̄uis religionis  
agnoscimus q̄ pro eternitate. hijs tantum diebus  
placuit celebrari. Ceduntur autem trabes utiliter post  
solstitium estiuum. i. p̄ menses iulium & augustum  
& p̄ autumnale equinoctium usq; ad k̄ts ianuarias  
hijs namq; mensibus arescente humore sicciora & for  
tiora sunt ligna. Illud etiam cauendum ne continuo  
ut decise fuerint trabes sectentur uel statim ut secte  
fuerint mittantur in nauem. Siquidem & ad huc  
solite arbores seu iam diuise p̄ tabulas duplices ad  
maiores siccitatem mereantur inducias. Nam uiri  
des si conp̄guntur cum natuum humorem exsuda  
uerint contrahuntur & rimas faciunt latiores quo  
nichil est periculosius nauigantibus q̄ uiridia tabu  
lata. **De titulo liburnarum. Capitulum. xxxvj.**

Quod ad magnitudinem pertinet minime liburne  
remorum habet singulos ordines paulo mi  
nores binos ydonee mensure ternos uel quaternos  
interdum qui nos sortiuntur remigiorum gradum  
nec hoc cuiq; enorme uideatur cum in actico prelio  
longe maiora referantur cucurisse nauigia ut senor  
etiam uel ultra ordinem fuerint. Scaphe tamen ma.

autumnale

ioribus liburnis exploratorie sociantur que uicenos ppe  
 remiges in singulis partibus habebant quas britanici  
 picatas uocant. p has & supuentus fieri & comeatus  
 nauium aduersariorum aliquando intercipi assolet  
 & speculandi studio earum uel consilium deprehendi  
 ne tamen exploratorie naues candore probentur  
 colore inuento qui marinis est fluctibus similis ue  
 latinguntur & funes cera etiam qua inungi solet  
 naues inficitur nauteq; uel exploratores uenatam  
 uestem induunt ut non solum p noctem sed etiam  
 p diem facilius lateant milites. **De nominibus**  
**uentoru & eorum numero. Capitulum . xxxviiij.**

*Lasuiti allas*

Qui cum exercitu armatis classibus uehunt  
 turbinum signa debent ante prehoscere  
 procellis namq; acerbis liburne grauius q; ui hosti  
 um sepe perierunt in qua parte naturalis philoso  
 phie tota est adhibenda scientia que uentorum  
 tempestatumq; celesti ratione colligitur & pro acer  
 bitate pelagi sicut prouidos & edoctos caute tutat  
 ita negligentes extinguit incuria. Igitur uentoru  
 numerum atq; uocabula ars nauigandi primum  
 debet inspicere. veteres autem iuxta positionem  
 cardinum tantum. iij<sup>or</sup> uentos principales singulis  
 celi partibus flare credebant. sed p experimentum  
 posterior etas duodecim comprehendit. horu uocabla

ad submouendam dubitationem non solum græca sed etiam latina protulimus ita ut uentis principalibus declaratis eos qui ipsi dextra leuaq: conuicti sunt indicemus. ab yberno itaq: solstitio .i. ab orientali plage cardine sumimus exordium & quo uentus oritur felicior .s. subsolaris huic a dextra iungitur uulturnus a sinistra eurus. Meridianum autem cardinem possidet auster. huic a dextra iungitur nothus a sinistra chorus. Occidentalem uero cardinem tenet fauonius huic a dextra iungitur circius a leua gephirus. Septentrionalem uero cardinem sortitus est septentrio huic adheret a dextra aquilo a sinistra borreas. hi sepe singuli interdum duo & interdum tres pariter magnis tempestatibus flare consueuerunt horum impetu maria que sua sponte tranquilla sunt & quieta undis estuantibus seuiunt. horum flatu pro natura temporum uel locorum ex procellis serenitas redditur & rursus in procellas serena mutatur nam secundo spiramine optatos classis inuenit portus aduerso stare uel regredi aut discrimen sustinere compellitur & ideo difficile naufragium pertulit qui uentorum rationem diligenter non inspexit. **Quibus mensibus tutius naugetur. Capm. xxxix.**

Sequitur mensuum dierumq: tractatus neque enim anno integro absque acerbitate maris



patuuntur nauigantes. Sed quid menses aptissimi  
 quidam dubij reliqui classibus intractabiles sunt  
 lege nature & planete decursu. i. post ortum plia-  
 dum usq; in diem octauum decimum kalz octobriu  
 segura nauigatio creditur quia estatis beneficio  
 uentorum acerbitas mitigatur. Post hoc tempus usq;  
 intercum ydiu nouembriu incerta nauigatio est  
 & discrimini prior. Propterea quia post idus  
 septembris oritur arcturus uehementissimum syd<sup>o</sup>  
 & octauo klarum octobrium equinoctialis euemt  
 acerba tempestas. Circa nonas octobris hedi plu-  
 uales, nouembri autem mense crebris tempesta-  
 tibus nauigia conturbantur iugiliarum yemali oc-  
 casu. Ex die igitur tertia ydiuum nouembrium  
 usq; ad diem. vij. ydiuum martiarum maria clau-  
 duntur, nam lux minima, nox est longissima poli  
 ac nubium densitas aeris obscuritas uentorum  
 imbre uel niubus geminata seuitia. Non solum  
 classes a pelago sed etiam comeantes a terrestri  
 itinere deturbant. Post natalem uero ut ita dica  
 nauigatio quasi solemni certamine publico q; spec-  
 taculo multaz gentium celebratur plurimorum si-  
 derum ipiusq; temporis ratione usq; in ydus mar-  
 tias periculose maria temptantur, non q; negocia-  
 torum cesset industria sed quia maior est adhibeda

cautela quando exercitus nauigat cum liburnis q̄ cu  
priuatorum mercium festinat audacia. *Quoadmodum  
tempestatuum obseruanda sunt signa. Caplm. xl.*

Preterea aliorum ortus occasusq; siderum tem-  
pestates uehementissimas comouent. In quibus  
licet certi dies auctorum attestacione signentur tamen  
quia diuersis casibus aliquanta mutantur & qd̄ con-  
fitendum est celestes causas humana conditio ad ple-  
num scire prohibetur. Ideo nautice obseruationes per  
curam trifariam diuiduntur aut enim circa diem sta-  
tutum aut ante uel postea tempestates fieri comptum  
ē. vnde precedentes per giannasium nascentes die  
solemni chymaton subsequentes methachinason  
greco uocabulo nuncupantur. Sed omnia enumerare  
nominatim aut ineptum uidetur aut longū cum  
auctores plurimi non solum mensium sed etiam dierum  
rationes diligenter expresserunt transitus quoq; si-  
derum que planetas uocant circumscripto cursu  
dies arbitrio creatoris suscipiunt signa uel deserunt  
frequenter assolent serena turbare. Inter luniorum  
autem dies plenos tempestatibus & nauigantibus  
q̄ maxime metuendos non solum pitie ratio sed etia  
uulgi usus intelligit. *De pronosticis. Caplm. xli.*

Multis quoq; signis ex tranquillo procelle &  
de tempestatibus tranquilla produntur.

que uelut in speculo lune orbis ondit rubicundus  
 color uentos | cetuleus indicat pluuias | ex utroq; co-  
 mixtus ac lucidus furentes procellas letus orbis se-  
 renitatem nauigijs repromittit quam gestat i uultu  
 precipue si quarto ortu, non obtusis cornibus, rutila  
 neq; infuso fuerit huore <sup>discolorada</sup> fuscata. Sol quoq; exories  
 cadensq; interest utrum equalibus gaudeat radijs  
 an obiecta nube rutilet utrum solito splendore ful-  
 gidus an uentis urgentibus igneus neue palidus  
 uel pluuia sit ipendente maculosus. Aer uaro & mare  
 ipsum nubiumq; magnitudo ut species sollicitos in-  
 struit nautas | aliquanta ab auibus aliquanta figurat  
 a piscibus que uirgilius in georgicis diuino pene co-  
 prehendit ingenio & uarro in libro annalibus dili-  
 genter excoluit | huius gubernatores si se scire pro-  
 ficentur | pericite usus magis instituit q̄ altior doctri-  
 na firmauerit. **¶ De estuarijs hoc est de reuma-  
 te pelagi. Capitulum. xly:**

Elementum pelagi tertia pars mundi est  
 preter uentorum flatum qui suo quoq; spi-  
 ramine motuq; uegetatur, nam certis horis diebusq;  
 pariter ac noctibus estu quodam q̄ reuma uocant *.i. fluxio,*  
 ultro citroq; pcurrit & more torrentium fluminu  
 nunc exundat in terras nunc refluit in altitudiez  
 suam | huius reciprocati maris ambiguitas cursum

navium adiuuat retardat aduersumq: dimicat | que magna sunt cautione uitanda. neq: enim auxilio remorum reuolutis impetus uincitur cui interdum cedit & uentus | & quoniam in diuersis regionibus diuerso lune crescentis minuentisq: statu certis horis ista uariatur | ideo prelium nauale gesturus consuetudinem pelagi uel loci ante congressum debet agnoscere. // *De locorum noticia sue remigibus. Cap. xliij.*

Nauticorum gubernatorumq: solertia est loca in quibus nauigatur portusq: cognoscere ut infesta prominentibus uel latentibus scopulis uadosa ac sicca uitentur tanto enim securitas maior est quanto mare altius fuerit. In nautis diligentia in gubernatoribus peritia in remigibus uirtus eligitur. Propterea quia naualis pugna tranquillo committitur mari liburnarum moles non uentorum flatibus sed remorum pulsu aduersanas percussit rostris eorumq: rursus impetus uitant. In quo opere lacerti remigum & d's clauium regentis magri uictoriam prestat // *De telis tormentisq: mirabilibus. Caplm. xliij.*

Multa quidem armorum genera prelium terrestre desiderat. Sed nauale certamen non solum plures armorum species uerum etiam machinas & tormenta flagitat tamq: in muris dimicetur & turribus. Quid enim crudelius congressione

75  
nauali ubi aquis homines p̄muntur & flammis p̄ci  
pua ergo debet esse regiminum cura ut catafracti  
uel loricati etiam & ocreis muniti sint milites. De onē  
namq; armorum nemo potest conqueri qui stans pug  
nat in nauibus. Scuta quoq; ualidiora propter ictus  
lapidum & ampliora sumuntur propter falces &  
arpatones aliaq; naualia genera telorum. Sagittis  
missilibus fundis fustibalis plumbatis onagris ba  
listis scorpionibus iacula inuicem diriguntur & sa  
xa & q̄ est grauius qui de uirtute p̄sumunt ad  
motis liburnis iniectis pontibus in aduersariorum  
transeunt naues ibi q; gladijs manu ad manum  
ut dicitur quominus dimicant. In maioribus etiam  
liburnis propugnacula turresq; constituunt ut  
tamq̄ de muro ita de excelsioribus tabulatis facili  
uulnerent uel p̄imat inimicos oleo incendiario stupa  
sulphure & bitumine obuoluta ut ardentes sagitte  
per balistas in hostium nauium alucos infiguntur  
unctasq; cera & pice ac resina tabulas tot fometis  
ignium repente succendant. Alij ferro interimunt  
& saxo alij ardere coguntur in fluctibus. Inter t̄ta  
tamen mortuum genera qui acimus est casus absu  
muntur a piscibus & insepulta sunt corpora. *Que*

*Ad instar* // *admodum nauali prelio collocentur*  
*autem terrestris prelij infidie. Cap. xlv.*

supuentus fiunt ignorantibus nauticis uel circa oppor-  
tunitas insularum angustias collocantur insidie ideoq;  
agitur ut impiti facilius deleantur si longo remigio  
fatigati sunt hostium naute si uento urgentur aduerso  
si pro rostro est ruina si nichil suspicantes dormiunt  
inimici si statio quam tenent hostium exitum no hnt  
Si ad dimicandum optata uenit occasio fortune bene-  
ficijs iungende sunt manus & ex oportunitate pre-  
lium conferendum. Q; si cautela hostium euitatis in-  
sidijs publico Marte confligat tunc liburnarum in-  
struende sunt acies non directe ut in campis sed cur-  
ue ad similitudinem lune ita ut in productis cornibus  
acies media sumetur ut si aduersarij prorumpere tep-  
tauerint ipsa ordinatione circumdati deprimant. In  
cornibus autem precipuum robur & liburnarum col-  
locatur & militum. *Quid fiat cum leto mari bellum  
nauale committitur. Caplm. xlvj.*

Preterea utile est ut libero & alto mari tua semp  
classis utatur inimicorum uero pellatur ad  
littus quia pugnandi impetum qui detruduntur in  
terra. In huoi certamine tria armorum genera pluri-  
mum ad uictoriam prodesse comptum est. i. asses  
